

Fastis diebus iocunda (?) *fari* licebat ;
nefastis quaedam non licebat *fari*.

ulcera circum rostrum quae iumentis
 fiunt asperitate frenorum.

Fenum appellatur naturalis terrae fetus ;
 ob quam causam et nummorum fetus
fenus est vocatum, et de ea re *leges fene-*
bres.

G

I. EX PAULO DIACONO.

II. EX GLOSSARIIS ET SCHOLIIS.

(Gloss. Philox. FA 109) *Favea* : παιδίσκη.

(Gloss. Abol. FI 23) *Fitilla* : cibi genus ex
 farre vel clere, pultes cum larido in sacris
 [Gentilium].

? (Gloss. Abol. FL 16) *Flocce* : fortuita.

(Gloss. Philox. FO 27) *Formio* (pho-) :
 κρόφινος, παρῆκται δὲ ἀπὸ τοῦ Ἑλληνικοῦ.
 ὥς ὁ Ἡρόδοτος (Op. 482) :
 <οἷσεις δ' ἐν φορμῶ>.

(Gloss. Abol. FR 11) *Freniculus* (-os) :

Gerrae crates vimineae. Athenienses cum
 Syracusas obsiderent et crebro gerras
 poscerent, irridentes Siculi « gerras »
 clamitabant. Unde factum est ut gerrae
 pro nugis et contemptu dicantur.

Genas Ennius palpebras putat cum dicit
 hoc versu (Ann. 532) « pandite sul-
 ti<s> genas et corde relinquitte somnum ».
 Alii eas partes putant genas dici quae
 sunt sub oculis. Pacuvius genas putat
 esse qua barba primum oritur hoc versu
 (362) « nunc primum opacat flore la-
 nugo genas ».

FASTIS. Cf. supra, s. v. Fastcrum (78,5). Varro idem etymon ponit (L. L. 6, 29) : Dies fasti, per quos praetoribus omnia verba sine piaculo licet fari; (L. L. 6, 53) : Hinc fasti dies quibus verba certa legitima sine piaculo praetoribus licet fari; ab hoc nefasti, quibus diebus ea fari ius non est et, si fati sunt, piaculum faciunt. Cf. Macrobi. 1, 16, 14, etc. ; Fast. Praen. (Jan. 2) : <Fasti dies appe>llantur quod iis licet fari apud <magistratus populi Romani ea sine quibu>s verbis lege agi non potest. Cf. infra, s. v. Nefasti Dies (162, 25).

FENUM (-nus codd.) Cf. supra, s. v. Fenus (76, 9).

FAVEA. Plaut. Mil. 797 :

Quasique hunc anulum faveae suae dederit, ea porro mihi.

Ex hac glossa Plautina, e Festo sumpta, confictam et temere adiectam credo (Philox. FA 108) Faveus : παῖς.

FLOCCI. vel Floccim fortuito. Obscuram et dubiae formae glossam haud scio an praetermittere debuerim.

FORMIO. Cf. Donat. Phorm. 122 : Phormio.. a formione dictus sparteo quem nos eronem dicimus trivialiter et pro consuetudine.

FRENICULOS. Hinc Isid. Etym. 4, 8, 18 : Frenusculi ulcera circa rictum oris similia his quae fiunt iumentis asperitate frenorum.

GERRAE. Cf. supra (in C- capitulo) s. v. Gerrones et Congerrones (35, 15) Cf. ps. -Plac. Gerras : nugas ineptiasque.

GENAS. Iterum citat Ennii versum (et iterum cum sulti pro sultis) Festus s. v. Sultis (462, 9). Cave tamen cum Lachmanno (ad Lucr. 1, 186) inde colligas Romanos in scriptura deficientem finalis S litterae sonitum sic expressisse. Alium Ennii versum citat Servius Aen. 6, 686 : Genis palpebris, Ennius de dormiente « imprimitque genae genam » (trag. inc. 397). Graecumne etymon ex Festo sumpsit Isidorus (Etym. 11, 1, 43) ; Genae sunt inferiores oculorum partes unde barbae inchoant ; nam Graece γένετον barbae ; hinc et genae quod inde

Gentilis dicitur et ex eodem genere ortus et is qui simili nomine appellatur, ut ait Cincius (21) « Gentiles mihi sunt qui meo nomine appellantur ».

Geniulis lectus qui nuptiis sternitur in honore Genii, unde et appellatus.

Gens Aelia appellatur quae ex multis familiaribus conficitur.

Gerusia curia ab aetatis vocabulo dicta. <.. senaculum ?>.

Genuini dentes quod a genis dependent.

Gestus quo indicatur quid geratur, praeter participium quod a gerendo deducitur.

Genium appellabant deum qui vim optineret rerum omnium gerendarum. Aufus-

tius « Genius » inquit « est deorum filius et parens hominum, ex quo homines gignuntur ; et propterea Genius meus nominatur quia me genuit. » Alii Genium esse [putarunt] uniuscuiusque loci deum.

Germen est quod ex arborum surculis nascitur ; unde et *germani*, quasi eadem stirpe geniti.

Gemursa sub minimo digito pedis tuberculum, quod gemere faciat eum qui id gerat.

Gingrire anserum vocis proprium est ; unde genus quoddam tiliarum exiguarum *gingrinae*.

Gizeriator (*gingriator* ?) tibicen.

incipiant gigni barbae)? Romanum etymon genu maluerunt antiqui glossographi a ps.—Plac adhibiti (Genis : ea parte vultus quae inter malas et aurículas est ; ideo genae dictae quod infans in utero caput inclinatum inter genua tenet) ; et huic verborum conexioni faverunt medici, v. g. Vindicianus (Gynaec. 456 ; 435 R.), unde Isid. Etym. 11, 1, 108. Cf. Gloss. Ansil. GE 194 Gena : palpebrae ; genua ex genis.

GENIALIS LECTUS. Hinc Gloss. Abba (= Abol.) Genialis lectus ; qui in nuptiis sternitur ; Gloss. Ab Abs. (= Abol.) Gen. lec. : quod nuptiarum die sternatur. Contraria erat gl. Abstr. (GE 12), cuius plenior formam servavit Gloss. Corp. G50 Geniales lecti : qui sternuntur puellis nubentibus. Ea gl. Abstr. fluxit ex schol. Aen. 6, 603, ubi Serv. (ab Isid. Etym. 20, 11, 5 exscript.) : Genialibus] veluti genialibus ; nam geniales proprie sunt qui sternuntur puellis nubentibus, dicti a generandis liberis.

GENS AELIA. Aemilia (quasi 'e familia') docti. Spectavitne Verrius (immo Aelius Stilo) ad Graecum etymon αἰόλος ?

GERUSIA. Cf. Varr. L. L. 5, 156 : Senaculum vocatum ubi senatus aut ubi seniores consistent, dictum ut γερούσια apud Graecos. Et similiter Festum scripsisse colligo ex Gloss. AA (= Abol.) Gerusia quo senecae conveniunt publice ; Gloss. Cyrill. (= Philox. Senaculum : γερούσια.

GENIUM. gerendarum] gignendarum Varr. ap. Augustin. Civ. 7, 13 : Genius deus est qui praepositus est ac vim habet omnium rerum gignendarum. Sed cf. infra (84, 19), s. v. Geniales Deos (geniales autem dicti a gerendo quia plurimum posse putabantur) loci deum] Cf. Gloss. Cyrill. (= Philox.) Genius : ἔφορος, ὁ δαίμων ὁ ἐφορῶν τόπον τινά.

GERMEN. Hinc Gloss. Abol. GE 6 ; 18 (Germen : initium floris, Germani : ex uno germine nati) ? Cf. Isid. Etym. 17, 6, 22 : Germen dicimus surculum praegnantem ; unde et germinatio.

GERMANI. Aliter Varr. ap. Serv. Aen. 5, 412 : Germanus est, secundum Varronem in libris de Gradibus, de eadem genetrice manans, non, ut multi dicunt, de eodem genere, quos ille tantum fratres vocat. Servium exscripsit Isid. Etym. 9, 6, 6.

GEMURSA. Cf. Plin. N. H. 36, 8.

GINGRIRE. Hinc Gloss. Philox. GI 10 Gingrum : φωνή χηνός ; GI 5 Gingriunt : χήνες ἐκβοῶσιν ; GI 12 Gingrina : εἶδος φωνῆς σάλπιγγος. gingriator] vel gingrinator vel gingritor.

Gizeria ex multis obsoniis decerpta.

Geniales deos dixerunt aquam, terram, ignem, aerem; ea enim sunt semina rerum quae Graecorum alii στοιχεῖα, alii ἀτόμους vocant; duodecim quoque signa, lunam et solem inter hos deos computabant. Geniales autem dicti a gerendo quia plurimum posse putabantur; quos postea <Gerentes vel> Gerulos appellarunt.

Gnarus cum significet id quod sciens, peritus, tamen invenimus *prognare* significare aperte. <..gnare..>

Gnephosum obscurum videlicet ex Graeco quod est κνέφας.

Galli qui vocantur Matris Magnae comites dicti sunt a flumine cui nomen est Gallo,

quia qui ex eo biberint in hoc furere incipiant ut se privent virilitatis parte. Alii putant ideo eos sibi genitalia incidere quia violaverint numen patris matrisve, ne possint ipsi fieri parentes.

Gnarigavit apud Livium significat narravit, *gnarivisse* narrasse. <.. gnaritur,.. gnar-rat,.. gnarurat,.. ignorures,.. gnarurem..>

Gara Caecilia appellata est ut Romam venit quae antea Tanaquil vocata erat, uxor Tarquinii Prisci regis Romanorum. Quae tantae probitatis fuit ut id nomen omnis boni causa frequententer nubentes, quam summam asseverant lanificam fuisse

« Gallam bibere ac rugas conducere ventri »

GIZERIA. Cf. Marx ad Lucil. 309. Vix aliena est gl. Philox. GI 12 Gileris(galeris?) gal-linarum: τῶν ἄκρων τῶν ὀρνίθων (unde C. G. L. III 488, 11.)

GENIALES. Hincine altera pars gl. Philox. GA 36 Genialis: ἐπίσημος, γαμήλιος, καὶ στοιχεῖον, τύχη?

GERULOS. Hincine Gloss. Philox. GE 68 Geruli: χειρισταί, πρακτῆρες? Supplevi ex Gloss. AA (=Abol.) Gerentes: geruli.

GNARUS. Supplevi ex Gloss. Philox. GN2 Gnarus: γιγνώσκων, ἰδών, εἰδήμων, GN10 Gnare: ἀρχαίως ἐντρέχῳς. Hincine Gloss. Abol. GA 7 Gnarus: sciens, peritus, GN2 Gnarus: doctus, sciens?

PROGNARE. Hincine Gloss. AA (=Abol.) Prognare: celeriter vel fortiter? Cf. Non. 150, 5 (Prognariter strenue, fortiter et constanter); 154, 26 (Prognariter audaciter).

GNEPHOSUM. gnephosum et gnefosum codd. hic: cnephosum codd. supra. Hinc Gloss. Philox. GN 14 Gnetonsum: ἀμαυρόν, σκοτεινόν. Cf. supra, s. v. Cnephosum (44, 24 antiqui dicebant tenebricosum; Graeci enim κνέφας appellant obscurum).

GNARIGAVIT. Supplevi ex Gloss. Philox. GN15 Gnaritur: γνωρίζεται; GN1 Gnarrat, narrat: διηγείται; GN 9 Gnarurat: γνωρίζει; IG 2; 23 Ignarures: ἀγνοοῦντες; GN 11 Gnarurem: γνώριμον. Et ps. -Plac. testatur praeterea Gnarigationum: sermonum, conloquiorum. Pro gnaritur habent eius codices Gnoritur: cognitum sive compertum est. Duplex littera R (gnarro, narro) ad syncope gnar(u)ro referenda videtur.

GAIA CAECILIA. Cf. infra, s. v. Praebia (276,8); s. v. Praenomnibus (251,6 feminas esse appellatas testimonio sunt Caecilia et Taracia quae ambae Gaias solitae sint appellari). Cf. Lib. de Praen. 7: Gaia praenomen usu super omnes celebrata est; ferunt enim Gaiam Caeciliam, Tarquinii Prisci regis uxorem, optimam lanificam fuisse et ideo institutum ut novae nuptae ante ianuam mariti interrogatae quanam vocarentur Gaias esse se dicerent; Plin. N. H. 8, 194: Lanam in colu et fuso Tanaquilis, quae eadem Gaia Caecilia vocata est. in templo Sancus durasse prodente se auctor est M. Varro factamque ab eo togam regiam undulatam in aede Fortunae, qua Ser. Tullius fuerat usus, etc.

GALLAM. Hunc locum Lucilii cum Nonius (445, 13) proferat adnotationis in vocem acrose causa, discimus revocandas Festi glossas Aceratum (18, 30), Obacerare (203,5) ad glossographorum in his versibus doctrinam.

cum ait Lucilius (501), praemonet parsimonia esse utendum neque gulae indulgendum ventremque coartandum.

Gaulus genus navigii paene rotundum.

Galbeum (-us) ornamentum genus.

Gestit qui subita felicitate exhilaratus nimio corporis motu praeter consuetudinem exultat.

Gn<a>eus, et corporis insigne et praenomen, a generando dicta esse, et ea ipsa ex Graeco γένεσθαι apparet.

Ganeum <.. unde *ganeo*..> antiqui locum abditum ac velut sub terra dixerunt. Terentius (Ad. 359) « ubi illum quaeram ? credo abductum in *ganeum* ».

Galearia a *galearum* similitudine dicta.

Gnitor et *gnixus* a *genibus* prisci dixerunt. *Gnotu* cognitu. <.. *gnovit*..>

Gravastellus senior Plautus (Epid. 620) « qui est *gravastellus* qui advenit ? »

Ut puto, *gravastellus* a gravitate dictus.

Gramiae oculorum sunt vitia, quas alii *glamas* vocant.

GAULUS. Hinc Gloss. Philox. GA 23 Gauli : εἶδος πλοίου (unde Gloss. Corp. G30, etc.)

GALBEUM. Cf. supra, s. v. Calbeos (41, 2 armillas dicebant quibus triumphantes utebantur et quibus ob virtutem milites donabantur). Formam in Gloss. Philox. (CA 31 Calbae : κόσμια) confirmat ps. -Plac. Calbae : armillae quibus milites ob virtutem donantur. Sed galbeos (acc. plur.) est in illo loco Catonis quem citat Festus, s. v. Ruscum (320, 21). Cf. gl. corrupt. (= Abol.) quae in Gloss. Aff. et Gloss. Vat. 1468 est, Culpium (?) : ornamentum.

GESTIT. Cf. Donat. Eun. 555 : Gestire est sensum corporis gestu indicare, quod magis animalium est mutorum ; Vergilius (Geo. 1, 387) « et studio incassum videas gestire lavandi ». Hucine referenda Gloss. AA (= Abol.) (Gestistis : gavisi estis), fortasse ex exemplo a Festo citato ?

GNAEUS. Cf. Lib. de Praen. 5 : Cnaeus ob insigne naevi adpellatus est ; quod unum praenomen varia scriptura notatur, etc.

GANEUM. Cf. Donat. ad. loc. : Ganeum veteres tabernam meretricum dixerunt ἀπὸ τῆς γαίας, τούτέστι γῆς, eo quidem quod ipsa sit in terra, non ut cenacula superius. Hausitne ex Festo Isid. Etym. 10, 114 : Ganeo luxuriosus et tamquam in occultis locis et subterraneis quae γάνεια Graeci vocant ? Et ganeonis Festum mentionem fecisse indicat Gloss. Abol. GA 9 Ganeo : ab eo quod *ganeum* dicatur proprie receptaculum luxuriosum sub terra. Hucine redit Gloss. Ansil. (= Abol.) GA 99 Ganea : occulta loca et subterranea γάνεια Graeci vocant ? Neque enim ad Isidorum redire videatur, quippe quae alio indiculo signata sit.

GALEARIA. Hinc Gloss. Ansil. (= Abol.) GA 37 Galearia : pileum sive tiara ?

GNIXUS. Cf. infra, s. v. Nixi Di (182, 24 signa...genibus nixa, velut praesidentes parientium nixibus).

GNOTU. Hinc gl. corruptae Philox. (unde supplevi) GN 5-6 Gno<vi>t : οἶδεν, ἐπιγινώσκει Gnotu : γινῶσιν, διάγινωσιν. Ps. -Plac. habet Gnoscet : sentiet, experietur.

GRAVASTELLUS. Alteram lectionem agnovit Festus ; cf. infra, s. v. Ravi Coloris (338, 10 quod genus hominum Plautus appellat ravistellos, etc.). Femin. genus proferre videtur ps. -Plac. si scripsit Gravastella<s> : graves, id est anni<s>.

GRAMIAE. Abl. -dat. plur. proferre videtur ps. -Plac. Gramis : glems, quae sunt pituitae oculorum.

GLAMAS. Hinc (quam ex Gloss. Cyrill. augeo) Philox. GR 17 Gramia, <glama> : λήμη. Cf. Heraeus (Woeh. kl. Phil. 34, 704). Utrum Graecum etymon hic (et in praecedente lemma γράψς) memoraverit Festus non liquet. Cf. infra, s. v. Plumbum In Oculis, in parte ii P- capituli.

Groma (-um-) appellatur genus machinulae cuiusdam quo regiones agri cuiusque cognosci possunt, quod genus Graeci γρόμων dicunt.

Grumus terrae collectio minor tumulo.

Gracchuris urbs Hiberæ regionis dicta a Graccho Sempronio, quae antea Ilurcis nominabatur.

Graeca sacra festa Cereris ex Graecia translata quae ob inventionem Proserpinae matronae colebant. Quae sacra dum non essent matronae quae facerent propter cladem Cannensem et frequentiam lugentium, institutum est ne amplius centum diebus lugeretur.

Gruere dicuntur g·ues, ut sues *grunnire*
Unde tractum est *congruere*, hoc est con-

venire, quia id genus volucrum minime solivagum est.

Gradivus Mars appellatus est a gradiendo in bella ultro citroque; sive a vibratione hastae quod Graeci dicunt κραδαινειν; vel, ut alii dicunt, quia gramine sit ortus, quod interpretantur quia *corona graminea* in re militari maximae est honorationis.

Grassari antiqui ponebant pro adulari. Grassari autem dicuntur latrones vias obsidentes; gradi siquidem ambulare est, unde tractum grassari videlicet ab impetu gradiendi. <.. « *Gredinunda* »..>
<.. « *gradum grandis* » ?>

Grallatores appellabantur pantomimi qui, ut in saltatione imitarentur Aegipanas, adiectis perticis furculas habentibus atque in his superstantes ob simulationem cru-

GROMA. Hincine Gloss. Philox. GA 30 Gruma : οραια (διοπτρα ?) τεκτονική GR 86, 85, 90 Gruma : γνώμων, Grumat : μετροῖ, ἐξισοῖ, Grumari : καταστρεψαι, διορθῶσαι ? Certe hinc GR 91 Gruma : βασιλική γνώμη, siquidem illud βασιλική ex regula Festi male intellecta provenit.

GRUMUS. Hinc ridicula gl. Philox. (GR 88 Grumi : τύμβοι), male intellecta Festi voce tumuli. Ex Charisio, non ex Festo provenit alia gl. Philox. GR 80 (Grumi : οἱ διορίζοντες τοὺς ὁρους λίθοι), quae tamen nobis indicio est connexionis lemmatum Grumus et Groma.

GRACCHURIS. Cf. Liv. epit. 41 (Gracchuris). Hiberæ] A Graeco igitur auctore haec sumpta sunt.

GRAECA SACRA. centum] triginta Liv. 22, 36. Cf. Hoffmann (Rhein. Mus. 50, 100).

GRUERE. GRUNNIRE. Hincine Gloss. Philox. GR 84; 70; 89 Gruunt : γερανίζουσιν, Grunnunt : γρύζουσιν, Grunnit : γρυλλίζει ? Vide supra ad Bombizatio (27, 12).

CONGRUERE. Cf. supra, s. v. (35, 12).

GRADIVUS. Hinc Gloss. Philox. GR 9 Gradivus : τακτικός "Ἀρης. Aliam disputationem dant Serv. et Serv. auct. Aen. 3, 35. || gram, sit ort.] Cf. Ovid. Fast. 5, 255. || gramine cor.] cf. infra, s. v. Obsidionalis Corona (208, 12).

GRASSARI. Hincine Gloss. Philox. GR 38; 43 Grassari : ἐπεραιοῦσθαι, βαδίζειν, δξυποδεῖν; GR 44 Grassator : λαποδύτης ? Supplevi indidem ex GR 78 Gredinunda : βαδίζουσα. Cf. Gloss. Abav. (= Abol.) GR 10 Grassator : qui quasi impetu festinationis aliquid committit mali, quasi a gradiendo. Huc etiam revocare velim Gloss. Abol. GR 14 Gradum grandis (interpretatione, ut videtur, amissa, sed cum varia lectione 'graderis'). Sane Plautus habet (True. 286) :

abire hinc ni properas grandi gradu ;

sed suspicor illud grandis verbum esse (2 Sing. ind. praes.) ; de quo cf. Non. 115, 1.

GRALLATORES. Hinc Gloss. Philox. GR 71 Grallatores : Πανικὰ φοροῦντες. Glosographorum in eodem Plautino versu doctrinam profert Varro L. L. 7, 69 : In Penuolo « vinceretis circum cursu vel gralatore gradu » ; gralator a gradu magno dictus.

rum eius generis gradiebantur, utique propter difficultatem consistendi. Plautus (Poen. 530) « vinceretis cursu cervas et grillatorem gradu ».

Gravida est quae iam gravatur conceptu ; *praegnans* velut occupata in generando quod conceperit ; *inciens* propinqua partui, quod incitatus sit fetus eius.

Graculi a sono oris vocati ; sive a gerendo dicti quod iacta segetum semina plurimum gerant, vel quod ex olivetis cubitum se recipientes duas pedibus bacas, tertiam ore ferant.

(Isid.) *Graculus* a garrulitate nuncupatus ; non, ut quidam volunt, pro eo ut gregatim volent, cum sit manifestum ex voce eos nuncupari.

Greges ex Graeco dicti, quod illi γέργερα (γάργαρα) solent appellare.

Grave aes dictum a pondere quia deni

asses, singuli pondo libras, efficiebant denarium, ab hoc ipso numero dictum. Sed bello Punico populus Romanus pressus aere alieno ex singulis assibus librarum senos fecit qui tantundem ut illi valerent. Item *nummi quadrigati* et *bigati* a figura caelaturae dicti.

Glomus in sacris crustulum, cymbi figura, ex oleo coctum appellatur.

Glos, <gloris>, viri soror, a Graeco γαλώως <.. Plautus>.

Glutture et *glocidure* gallinarum proprium est cum ovis incubiturae sunt.

Glittis subactis, levibus, teneris.

Gluma hordei tunicula ; dictum quod glubatur id granum. Unde et pecus *glubi* dicitur cuius pellis detrahitur.

Gliscere crescere est. *Gliscerae* (?) *mensae* gliscentes, id est crescentes, per instructionem epularum scilicet.

INCIENS. Cf. Gloss. Abav. (=Philox.) IN 31 Inciens : ἀρχαίως gravida ; Gloss. AA (=Abol.) Inciens : cui partus adese, praegnans.

GRACULI. Cf. Varr. L. L. 5, 76 : Merula quod mera, id est sola, voliat : contra ab eo graguli quod gregatim, ut quidam Graeci greges γέργερα. Quod pergit Festus ad lemma Greges documento est eum Varronianae etymologiae mentionem fecisse. Quare Isidoriana locum adicere placuit, quamquam initium eius (a garr. nunc.) potest Isidori proprium esse. Isidorus nimirum formam graulus adhibere solebat. Varroniana etiam merulae etymologia apparet in Festo, s. v. Merum (111, 12 antiqui dicebant solum ; unde et avis merula nomen accepit quod solivaga est et solitaria pascitur). Varro irridetur a Quintiliano (1, 6, 37) : Sed cui non post Varronem sit venia ? qui..graculos quia gregatim volent dictos Ciceroni persuadere voluit — ad eum enim scribit —, cum... sit manifestum duci.. ex vocibus avium.

GRAVE AES. Cf. infra, s. v. Sextantarii Asses (468, 30) ; Sesterti (470, 31) ; supra, s. v. Contrarium Aes (53, 23 grave aes).|| quadrig. big.] cf. Plin. N. H. 33, 46.

GLOMUS. (Globus Varr. L. L. 5, 107 : A globo farinae dilatato, item in oleo cocti, dicti a globo globi.

GLOS. Supplevi ex Gloss. Philox. GL 28 Glos : ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀδελφὴ, γάλας, παρὰ Πλάτωνα. GL 31 Glos, gloris : ἀδελφὴ γαμετή, ὡς Πλάτων. Sed quomodo iteratio glossae est explicanda ?

GLUTTIRE. Hincine Gloss. Philox. GL 29 Gluttit : κροκκῆ ὄρνις ? Vide supra ad Bombizatio (27, 12).

GLITTIS. gli- etiam Cato, ut vid., Agri Cult. 45, 1 (beneque glittus siet) ; glu- Plin. N. H. 17, 127.

GLUMA. Hincine Gloss. Philox. GL 30 Gluma : λέπυρον κριθῆς ?

GLISCERE. Cf. infra, s. v. Regleseit (348, 9 cum dixit Plautus, significat crescit... unde

Glucidatum suave et iucundum : Graeci etenim γλυκόν dulcem dicunt.

Gloria a Graeca voce dicta ; hanc enim illi κλέος vocant.

Gulliocae nucum iuglandium summa et viridia putamina. <Lucilius (1184).>

Guturnium vas ex quo aqua in manus datur, ab eo quod propter oris angustias guttatim fluat.

Gaudium ἀπό τοῦ γαυρίζν dictum. <.. « gavescite » ?>

Genus dictum putatur a terrae Graeco vocabulo, quam γῆν dicunt.

Gannitio canum querula murmuratio.

Gaesum grave iaculum.

Gurgustium genus habitationis angustum, a gurgulione dictum.

Gricenea (?) funis crassus.

Grando guttae aquae concretae solito grandiores.

II. Ex GLOSSARIIS ET SCHOLIIS.

(Gloss. Philox. GA 12) *Gabalum* : βάσανος.

(Gloss. Abol. GR 15) *Grafice* (-aphi-) picturate

? (Gloss. Abol. GR 13) *Gremia* (cr- ?) : siccamina lignorum.

etiam gires).|| gliscerae] Vide ne Festus dixerit ut puta 'Gliscere mensae dicuntur, id est crescere, per instr.' etc. et Paulus illud gliscere (praes. inf.) pro gliscerae (adiect.) male intellexerit.

GLUCIDATUM. Hinc Gloss. Philox. GL 32 Glucidatus : ἡδύς. Cf. supra, s. v. Clucidatum (48, 13 dulce et suave dicebatur).

GULLIOCAE. Cf. supra, s. v. Culliola (44, 4 cortices nucum viridium, dicta a similitudine culleorum quibus vinum sive oleum continetur). Ex Festo nimirum gl. corrupt. Philox. GU 11 Gutulliocae : κάρυα [μ] ἄκρα παρὰ Λουκεϊλῶ ; GU 3 Gulluca : καρυστομία. Plus lucis tenebris offundit ps. -Plac. Galliciola : cortice nucis iuglandis viridis per quem corpus humanum intellegi vult. Ecce varias glossographorum interpretationes et lectiones vocis quam in abl. casu de corpore humano adhibuit Lucilius.

GUTURNIUM. Hinc Gloss. Philox. GU 12 Guturnium : εἶδος σκεύους ὁστρακινοῦ. Dat. abl. casum repperit ps. -Plac. in scriptore antiquo (Guturneo : guto). Cf. supra, s. v. Cuturnium (44, 12 vas quo in sacrificiis vinum fundebatur). Et vide Varronis citationem infra ad Simpulum (455, 14).

GAUDIUM. Supplevi ex Gloss. Philox. GA 9 ; 14 Gavescite : χαίρετε, Gavesco : χαίρω, γήθομαι. Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) GA 154 Γαυριῶ : gaudeo Graece ?

GANNITIO. Cf. infra, s. v. Nictit (184, 8 unde ipsa gannitio). Vide supra ad Bombizatio (27, 12).

GURGUSTIUM. Etymon mire inculcavit Gloss. Philox. GU 15 Gurgulio : οἰκημάτιον βραχύ.

GRICENEA. Hincine Italice 'griselle' ?

GABALUM. βασ.] i. e. patibulum Graece prave redditum ? Cf. Gloss. Corp. (= Abol. ?) G9 Gabulum : patibulum. Nonius dicit (117, 10) Gabalum crucem dici veteres volunt.

GRAPHICE. Vox Plautina, v. g. Trin. 767 :

is homo exornetur graphice in peregrinum modum.

GREMIA. Cf. Colum. 12, 19, 3 : Tenuibus admodum lignis, quae cremia rustici appellant, fornacem incendimus. De orthographia gr- cf. Havet (Arch. lat. Lex. 2, 135).

H

I. Ex PAULO DIACONO.

Herbam do cum ait Plautus (inc. 28) significat victum me fateor ; quod est antiquae et pastoralis vitae indicium. Nam qui in prato cursu aut viribus contendebant, cum superati erant, ex eo solo in quo certamen erat decerptam herbam adversario tradebant.

Heluo dictus immoderate bona sua consumens ab eluendo ; cui aspiratur ut aviditas magis exprobetur ; fit enim vox incitator.

(Gloss.) *Helluo* : vorax qui bona sua absumat.

Helvacea genus ornamenti *Lydi* dictum a

colore boum qui est inter rufum et album appellaturque *helvus*.

Ἑρμα a Graecis ponitur pro firmamento ; unde etiam Mercurii nomen inventoris [ut putabant] *firmae* orationis dictum. Interdum etiam saburram significat.

Here, id est adverbium temporis heri, dictum a Graeco *ἐχθές*.

Hetta res minimi pretii, quasi 'hieta', id est hiatus hominis atque oscitatio. Alii pusulam dixerunt esse quae in coquendo pane solet adsurgere, a qua accipi rem nullius pretii cum dicimus : Non hettae te facio.

Heres apud antiquos pro domino ponebatur. *Heredium* praedium parvulum.

Hecate Diana eadem putabatur et Luna et Proserpina.

HERBAM DO. Cf. Serv. Aen. 8, 128 : Hinc est illud proverbium 'herbam do' quod Varro in Aetiis ponit, cum in agonibus herbam in modum palmae dat aliquis ei cum quo contendere non conatur, et fatetur esse meliorem. Vocem 'herbam dedit' repperit ps. -Plac. in antiquo scriptore (Plauto?) cum adnotatione : Mos enim contententibus erat vulsam herbam qui vinceretur porrigendi, ut nunc dicitur. Alia exempla profert Nonius 317, 14. Cf. infra, s. v. Obsidionalis Corona (208, 14 .. herbam autem victoriae signum fuisse apud antiquos aliquot exemplis docuimus).

HELUO. Cf. supra, s. v. Elucum (66, 19 heluonem, id est hesterno vino languentem, quod *ἑλων* vocitant Graeci). Addidi glossam Festinam (?) ex Gloss. Vat. lat. 1469. Hincine Gloss. Philox. HE 2 *Helluo* : *ἄσωτος καταφαγᾶς* ? Hincine Gloss. Ansil. HE 81 *Helluabundi* : multum bibentes, ebriosi ; HI 114 *Helluo* : *gulosus, luxuriosus, eversor, absumtor* ?

HEPMA. Alphabetica dispositio segregavit hoc a proprio loco supra, s. v. Firmum (81, 1 *ἀπὸ τοῦ ἑρματος* dictum).

HERE. Cf. Donat. Phorm. 36 : Propter cognationem E et I litterarum non dubitaverunt antiqui et here et heri dicere, et mane et mani, et vespere et vesperi, etc.

HETTA. Hinc una gl. Cyrill. (= Philox.) *Hitta* : *φλυκτίς ἄρτου*. Sed unde altera (*Hitta* : *ὕμην βοίας*) ? Si ea quoque ex Festo, Festus tertiam interpretationem adiecit, scil. quasi ciccum (vide supra, s. v., 37, 12).

HERES. Vix audeo proferre Gloss. Philox. HE 10 *Heres* : *κύριος, κληρονόμος*. Nullo modo proferenda gl. PP (*Heres* : dominus proprie), quae nil est nisi Gloss. Ansil. HE 183 *Herus* : dominus proprie.

HEREDIUM. Hanc formam confirmat Gloss. Abol. HE 2 *Heredium* : *praedolum*. Diminutivam (acc. cas.) repperit ps. -Plac. in scriptore antiquo, *Herediolum* : *possessiunculam*. Et Nonius (61, 10) profert *herediolum* ex Varr. R. R. 1, 10, 2, ubi nostri codices 'heredium'. Hucine redit absurda etymologia in Gloss. Abol. PRAE 4 *Praedium* : *possessio valde dives* ? Aliter Plin. N. H. 19, 50 (cf. infra, s. v. Hortus, 91, 12).

HECATE. Tergemina Hecate (Aen. 4, 511). Cf. Serv. auct. ad loc. ; Serv. Aen. 6, 118 : *Hecate trium potestatum numen est, Luna, Diana, Proserpina*.

Helus et *helusa* antiqui dicebant quod nunc holus et holera.

Herem Marteam (-tiam ?) antiqui accepta hereditate colebant, quae a nomine appellabatur heredum et esse una ex Martis comitibus putabatur.

Heus adverbium vocandi a Graeco αὔσ<α> venit.

Hemona (?) humana et *hemonem* hominem dicebant.

Hariuga dicebatur hostia cuius adhaerentia inspiciebantur exta.

Hebes retunsi acuminis.

Helucus ab hiatu et oscitatione dictus.

Hemina ex Graeco exestosisimi (ἡμιξέστην), quod est dimidia pars sextarii.

Heliconides Musae a monte Helicone vocatae.

Hedera dicta quod haereat, sive quod edita petat, vel quia id cui adhaeserit edat. Quae in tutela Liberi putabatur esse quia, ut ille iuvenis semper, ita haec viret; vel quia ita omnia, sicut ille mentes hominum, inligat.

Herbilis anser herba pastus, qui gracilior est quam frumento altus. <Lucilius (1106):
anseris herbilis virus.>

Hercules astrologus dictus quod eo die se flammis iniecit quo futura erat obscuratio solis.

(Schol. Isid.) Hercules fuit, ut scribit Festus Pompeius, agricola, ideoque Augei gregis (Augeae regis ?) sta-

HELUS. Cf. infra, s. v. Heluella (91, 28 holera minuta). Aliena est gl. Abba (Helitores : hortulani), revera Abstr. OL 4 (Olitores : hortulani) et, ni fallor, forma non antiqua sed mediaevalis scribae.

HEREM. Cf. Enn. Ann. 104 :

Nerienem Mavortis et Her[cl]em.

HEUS. Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) HE 213 Heus : adverbium interpellantis ; Gloss Abol. EU 19 Heus : adverbium rogantis ? αὔς 'auris' tuetur J. Wackernagel (Indog. Forsch 45, 312).

HEMONEM. Priscian. (II p. 206, 23 H.) citat Enn. Ann. 138 :

vulturus in spinis miserum mandebat homonem.

HARIUGA. Incertae formae vocabulum. Ariuga Varr. L.L. 5, 98 ; Aries... veteres nostri ariuga ; hinc ariugas (-es ?) haec sunt quorum in sacrificiis exta in olla, non in veru coquuntur, quas et Accius scribit et in pontificiis libris videmus ; in hostis eam dicunt ariugem quae cornua habeat. Sed har- Donat. Phorm. 710 : Haruspex (-risp- ?) ab hariga (-riuga ?) nominatur ; nam hariga (-iuga ?) hostia dicitur ab hara in qua concluditur ac servatur. Si gl. AA (Ariugas : hostias) Festina est, Festus etiam in A-capitulo vocabulum potest exhibuisse et aliter derivavisse (nam etymon haereo confirmat orthographiam har-, non ar-).

HELUCUS. Cf. supra, s. v. Elucum (66, 18). In hoc capitulo forma a littera H incipiens defenditur.

HELICONIDES. Alia Musarum nomina s. vv. Pipleides (235, 12), Pegasides (235, 8), Pierides (236, 1), Camenae (98, 12).

HEDERA. Cf. Philargyr. Ecl. 3, 39 ; Aedera, id est ab aere arboribus, sine adspiratione dici debet. Quaestio erat apud antiquos proposita utrum hed- an ed- scribendum. Incertae originis est Gloss. Ansil. HE 55. Hedera : genus herbae quod arboribus reptando adhaeret. Cf. supra (72, 23) Ederam, in E-capitulo.

HERCULES. Cf. infra, s. v. Pellem (225, 15 habere Hercules fingitur, ut homines cultus antiqui admoneantur).



bulum stercorebus purgasse refertur quia proprie agricolarum est stercoreare agros. Quod mala ab Hesperidibus petisse fertur, pecorum per hoc cura signatur quae Graece *μῆλα* dicuntur. Item armenti, cum Geryonis boves abegisse narratur. Per aprum autem, quod supinum portasse fingitur, sues feros mansuetos fecisse monstratur. Per canem triq̄ipitem venandi studium gessisse intenditur.

Hernici dicti a saxis quae Marsi *herna* dicunt.

Histriones dicti quod primum ex Histria venerint.

Hercius Iuppiter intra conseptum domus cuiusque colebatur, quem etiam *deum penetralem* appellabant.

Hippagines naves quibus equi vehuntur quas Graeci *ἵππαγους* dicunt.

Hirtipili durorum pilorum homines.

Hirquitalli pueri primum ad virilitatem accedentes, a libidine scilicet hircorum dicti.

Hira, quae deminutive dicitur *hilla*, quam Graeci dicunt *νῆστιν*, intestinum est quod *ieiunum* vocant.

Hippacare (hippitare) est celeriter animam ducere, ab equi halitu qui est supra modum acutus.

Hilum putant esse quod grano fabae adhaeret, ex quo *nihil* et *nihilum*? Nihili qui nec hili quidem est.

(Isid.) Hilum autem Varro ait significare medullam eius ferulae quam Graeci *ἀσφόδελον* vocant, et sic dici apud nos nihilum quomodo apud Graecos οὐδὲ γρῦ.

HERNA. Marsi] Sabini Serv. Aen. 7, 684 (Hernica saxa colunt): Sabinorum lingua saxa herna vocantur. Unde Gloss. Corp. (= Abstr.) H 62, etc.

HISTRIONES. Aliter gl. Ansil. incertae originis (HI 252) Histrio: historiam motu corporis significans.

HERCIUS. i. e. ἑρκείος. Cf. Dionys. 1, 67, 169.

HIPPAGINES. Hinc nimirum Isid. Etym. 19, 1, 24: Hippagogus in quo equos transvehere solitum est. Hinc etiam gl. Philox., nunc amissa, quam Latine reddit Gloss. Abav. IP2 Hippago: aurigarius (!). Ad Isidorum revoco gl. Abba Hippag<og>us: navis iumentaria.

HIRQUITALLI. Cf. infra, s. v. Irquitallus (93, 11 puer qui primo virilitatem suam experitur). Hucine an ad sequens capitulum redit gl. corrupta Philox. CI 8 Circumtallum: σφυδρόν? Inde sine dubio provenerunt gl. Philox. (IR 22) Irquitallus: νηπιώτατος παῖς ἀρχὴν ἡβήσεως; gl. AA Irquitallus: puer cum primum ad res accedit.

HIRA. Acc. pl. repperit ps. -Plac. in antiquo scriptore, Hiras: intima intestina, quorum diminutio hilla dicuntur.

HILLA. Cf. Non. 122, 5: Hillas intestina veteres esse dixerunt; unde Bohillae oppidum in Italia. Cum ea voce coniunxit Varro vocem hilum L. L. 5, 111; Rer. Hum. ap. Charis. 102, 15 K.: Hilum Varro Rer. Hum. intestinum dicit tenuissimum quod alii hillam appellaverunt. Incertae originis est Gloss. Abba Hillis: intestinis. [ieiunum] cf. Isid. Etym. 6 19, 65; 11, 1, 131.

HIPPACARE. Pauli fortasse est, Hippitare Festi. Nam gl. Abol. est in Gloss. Aff. etc. Hippitare: oscitare, etc. Et Gloss. Ansil. (= Abol.) habet EX 631 Exippitare. hiare, id est cs aperire. Cf. ps. -Plac. Exippitandum: hiantum, oscitandum.

HILUM. Nihili — est post Noctipugam (180, 1) Paul. Aliter Varro L. L. 5, 115 et Rer.

Hirrire garrire, quod genus vocis est canis rabiosae <.. *hirritus* ?>.

Ἰακωβός lascivi et delicati carminis cantator.

Hippius, id est equester, Neptunus dictus est vel quod Pegasus ex eo et Pegaside natus sit ; vel quod equuleus [ut putant] loco eius suppositus Saturno fuerit quem pro Neptuno devoraret ; vel quod tridentis ictu terra equum excierit. Cui ob hoc in Illyrico quaternos equos iaciebant nono quoque anno in mare.

Hippocoum vinum ex insula Coe dictum ab agro generoso cui nomen est Hippo.

Hastae subiciebant ea quae publice venundabant quia signum praecipuum est hasta. Nam et Carthaginienses, cum bellum vellent, Romam hastam miserunt, et Romani fortes viros saepe hasta donarunt.

Habitudo habitus corporum. *Habitior* pinguior.

Halapanta (-lop- ?) significat omnia mentientem, ab eo quod 'halet' <id est fallit> omnia. Ἀλην enim Graeci τὴν πλάνην [id est fallentem] appellant.

Hostilibus Laribus immolabant quod ab [h]is hostes arceri putabant.

Hum. (cf. supra, s. v. Hira). Et rursus aliter Varro apud Isidorum (Etym. 10, 185), cuius verba addidi. Nam dicit Gloss. Philox. IL 21 (Illum : νάρθηκος τὸ ἐντός) ea ex Festo provenisse. Fortasse etiam altera Philoxeni glossa huc redit (IL 14) <H> illa : σκώληξ κλίνης.

HIRRIRE. garr.] vix gannire. Immo Festus a voce garrire orsus etymon in voce hirrire quaesivit. Citavitne verum illum Lucilii (377) ?

R, non multum abest hoo cacosyntheton atque canina

si lingua dico : Nihil ad me. Nomen hoc illi est,

ubi 'nomen hoc' est aperte 'canina littera'. Non verbi garrire sed verbi irritare plerumque etymon ibi quaeritur. Cf. Donat. Adel. 282 : Irritari proprie canes dicuntur ; Lucilius de littera R (2) :

irritata canes quod homo quam planius dictat, etc.

Supplevi ex Gloss. Philox (cum Cyrill.) HI 23 Hi <rri> t[t]us : φωνὴ κυνός, κυνός ἀπειλὴ δτε ὕλακτεῖ.

HIPPIUS. Post excierit **distinxi**. Cf. Serv. auct. Geo. 1, 12 : Unde apud Graecos Ἰππιος Ποσειδῶν, a nobis equester Neptunus, . . . nonnulli Saturno, cum suos filios devoraret, pro Neptuno equum oblatum devorandum tradunt, unde Illyricos quotannis ritu sacrorum equum solere aquis immergere.

HASTAE. donar.] cf. supra, s. v. Caelibari Hasta (55, 9.. quia hasta summa armorum et imperii est ; quam ob causam viri fortes ea donantur et captivi sub eadem veneunt, quos Graeci δορυαλώτους et δορυκλήτους vocant).

HABITUDO. Gloss. Abstr. AB 43 (Habitudo : habitus corporis vel cultus vestium) ex Schol. Vergil. fluxisse videtur.

HABITIOR. post Halapanta **codd.** ; et ps. -Plao. duas glossas exhibet Habitudo : habitu, Habitior : plenioris habitus. Cum sequens glossa Plautina esse videatur, velim hic Plautinum verum addere (Epid. 10 Corpulentior videre atque habitior) potius quam Terentianum (Eun. 315).

HALAPANTA. Rursus videtur induci doctrina connexionis inter l' et h litteras. Verbo fallere Graecum etymon quaeritur. Scilicet ansam praebuit vox antiquorum comicorum hālapanta (vel hālopanta), quae et alibi (cf. Non. 120, 11) et in versu Plautino apparet (Curc. 463) :

halopantam an sycophantam magis esse dicam nescio.

Hodiernis philologis, nimis seriis viris, iocularis conexio inter halopantam et sycop<h>antam vera conexio visa est, itaque hālophantamne scribunt contra codices et Plauti et Noni

Hallus pollex pedis scandens super proximum dictus a saliendo.

Hammo cognominatus quia in harena [putatur] inventus, quae Graece hoc nomine appellatur. Cui cornua adfiguntur arietis, a genere pecoris inter quod inventus est.

Horreum antiqui farreum dicebant a farre.

Hostis apud antiquos peregrinus dicebatur, et qui nunc hostis *perduellio*. *Hostia* dicta est ab eo quod est *hostire* ferire

(aequare). *Hostimentum* beneficii pensatio.

Hordiarium aes quod pro hordeo equiti Romano dabatur.

Hortus apud antiquos omnis villa dicebatur quod ibi qui arma capere possint oriuntur.

Hortum et *fortum* pro bono dicebant.

Hosticapas hostium captor.

Hamotrahones alii piscatores, alii qui unco cadavera trahunt.

HALLUS. Cf. supra, s. v. Allus (7, 15 pollex scandens proximum digitum, quod velut insulisse in alium videatur, quod Graece *ἄλλεσθαι* dicitur). Hinc Gloss. Philox. HA 30 Hallus : ποδὸς μέγας δάκτυλος ; Gloss. Abba (= Abol.) Hallus : sextus digitus (!)

HORREUM. Noli credere.

HOSTIS. Cf. Varr. L. L. 5, 3 : Hostis ; nam tum eo verbo dicebant peregrinum qui suis legibus uteretur, nunc dicunt eum quem tum dicebant perduellem. Potest Festus isdem exemplis usus esse atque Serv. auct. Aen. 4, 424 : Nonnulli autem iuxta veteres hostem pro hospite dictum accipiunt ; Plautus in Curculione (5) :

si status condictus cum hoste intercedit dies ;

idem in Cistellaria :

datum est hostimentum, opera pro pecunia.

Saltem non temere est quod et Festus et scholiasta (Donatus), primum Hostis, deinde Hostimentum memorat ; unde ausus sum a codicum ordinatione discedere. Curculionis versum citat Festus infra, s. v. Status Dies cum Hoste (416, 6).

PERDUELLIO. Cf. supra, s. v. Duellum (58, 20).

HOSTIA. Servio placuit etymon hostis (ad Aen. 1, 334) : Hostiae dicuntur sacrificia quae ab his fiunt qui in hostem pergunt ; victimae vero sacrificia quae post victoriam fiunt. Servium exscripsit Isidorus (Etym. 6, 19, 33-34). Donatus (= Serv. auct.) Verrii doctrinam in hac re et aliis exhibet (ad Aen. 2, 156) : Hostia vero victima ; et dicta quod dii per illam hostiantur, id est aequi et propitii reddantur ; unde hostimentum aequationem.

HOSTIRE. Cf. infra, s. v. Redhostire (334, 14.. hostire pro aequare posuerunt). Hinc Gloss. Abol. HO 7-8 Hostia : victima, immolatio, sacrificium, Hostit : aequat, adplanat ?

HOSTIMENTUM post Hordiarium Aes codd. Vix dinosci potest utrum ad schol. Vergil. (per Gloss. Abstr.) an ad Festum (per Gloss. Abol.) redeant gl. Ansil. HO 177 ; 175 Hostire : aequare ; apud antiquos sic dicebatur ; unde etiam hostimentum dicitur lapis quo pondus aequatur, Hostimento : aequalitate. Cf. infra, s. v. Redhostire (334, 15), ubi citatur Ennius « audi atque auditis hostimentum adiungito ».

HORDIARIUM AES. Cf. infra, s. v. Vectigal (508, 19).

HORTUS. Vox XII Tab. (Plin. N. H. 19, 50). Cf. Charis. 82, 11 : Gracchus et ortus sine adspiratione dici debere Varro ait ; et ortum quidem quod in eo omnia oriuntur.

HORTUS. Cf. supra, s. v. Fortes (74, 14).

HOSTICAPAS. Cf. paricidas (247, 23 lex Numae Pompili regis his composita verbis « si qui hominem liberum dolo sciens morti duit, paricidas esto »).

HAMOTRAHONES. Vox Luciliana ?

Horda praegnans ; unde dies quo gravidæ
hostiæ immolabantur *Hordicidia*.

Honorarios ludos quos et *Liberalia* dicebant.

Ὅδοιδοχος latro atque obsessor viarum.

Homeltium (?) pillei genus.

Hyperionem alii patrem Solis ; alii ipsum
quod eat super terras ita appellatum
puta[ba]nt.

Humanum sacrificium dicebant quod mor-
tui causa fiebat.

Hyperborei supra Aquilonis flatum habi-
tantes dicti quod humanæ vitæ modum
excedant vivendo ultra centesimum
annum, id est ὑπερβαλόντες ὅρον sæculi
humani.

Heluella holera minuta.

Hamula parva delubra, quasi fanula.

I

I. EX PAULO DIACONO.

Im ponebant pro eum, a nominativo is.

Ianeus (?) ianitor.

Iusa iura.

Iubere ponebatur pro dicere, quod valet
interdum pro decernere, ut : Populus
iussit.

Iunium mensem dictum putant a Iunone.

Idem ipsum dicebant *Iunonium* et *Iuno-
nalem*. *Iulium* quod eo mense dicitur Iu-
lius natus.

Iurgatio (iurig- ?) iuris actio.

Iusti dies dicebantur triginta cum exercitus
esset imperatus et vexillum in arce posi-
tum.

HORDA. Cf. supra, s. v. Fordicidiis (74, 1 boves fordae, idest gravidæ, immolabantur, dictæ a fetu).

HONORARIOS LUDOS. Lib.] Cf. infra, s. v. (103, 11)

ΟΔΟΙΑΚΟΣ. Cur Graeco verbo locus datur ? Suntne haec pars glossæ puta Ines-
sores ? Si vox Luciliana est, Latine scribi debet ; et sic scribunt nostri codices.

HYPERBOREI. Ex uno exemplo disce quo philologorum antiquorum impotentia perve-
nire possit.

HELUELLA. non helv- (nam helvus significat colorem inter rufum et album ; cf. supra,
s. v. Helvacea 88, 19), sed helu- (nam holus olim U- declinationis fuisse declarat antiqua
forma helusa ; cf. supra, s. v. Helus 89, 3).

HANULA. Vix audeo huc referre Gloss. Ansil. (= Abol. ?) HA 119 Hauni [i] : di agrestes.

IM. Hinc Gloss. Philox IM 1 Im : αὐτόν [εἰς αὐτόν] (cuius posterior pars videtur esse
IN 166 In eum : εἰς αὐτόν). Cf. supra, s. v. Em. (67, 3). Vox est XII Tab. et legum anti-
quarum, v. g. infra (s. v. Publica Pondera, 288, 36) : Sive quis im sacrum iudicare volue-
rit, liceto.

IANEUS. Sunt qui in Carm. Sal. reperiant (ap. Varr. L. L. 7, 26) ubi unicus noster codex
habet ianeus.

IUSA. Cf. Varr. l. c. : In multis verbis in quo antiqui dicebant S postea dicunt R, ut in
carmine Saliorum sunt haec, etc.

IUBERE. dic.] Mire. Nec minus mire grammatici complures affirmant iubere poni pro
velle, nempe in salutatione ' iubeo te salvere ' (cf. Amer. Journ. Phil. 37, 37).

IUNIUM. Aliter Varr. L. L. 6, 33 : Tertius a maioribus Maius, quartus a iunioribus dictus
Iunius. Et Festus infra, s. v. Maius Mensis (120, 8 utrum a maioribus, ut Iunius a iuniori-
bus, dictus sit, an a Maia). Cum ambas etymologias memoret Serv. Geo. 1, 43 (Maius a Maia,
Iunius a Iunone; quamquam alii a maioribus et iunioribus hos duos menses velint esse nomi-
natos), fons Isidori Etym. 5, 33, 8 in Schol. Vergil. fortasse quaerendus est, non in Festo.

IUSTI DIES. Hinc credo Isid. Nat. Rer. 1, 4 : Iusti dies continui triginta sunt ; proe-
liares dies sunt quibus fas est hostem bello lacessere. Hinc etiam credo Macroh., 1, 16,

Iuges *auspicium* est cum iunctum iumentum stercus fecit.

Iubar stella quam Graeci Φωσφόρον appellant vel Ἑσπερον, hoc est Lucifer, quod splendor eius diffunditur in modum iubae leonis.

Iugula stella Orion quod amplior sit ceteris quasi nux iuglandis.

Iugum sub quo victi transiebant hoc modo fiebat. Fixis duabus hastis super eas ligabatur tertia; sub [h]is victos discinctos transire cogeabant.

Iugere milvi dicuntur cum vocem emittunt.

Iuges eiusdem iugi parēs; unde et *coniuges* et *seiuiges*

Iubilare est rustica voce inclamare.

Iuventutis (-tat- ?) *sacra* pro iuvenibus sunt instituta.

Iurare flammī Diali fas non erat.

Iuvenalia fingebantur *Dianae simulacra* quia ea aetas fortis est ad tolerandam viam. Diana enim viarum [putabatur] dea.

Iugarius vicus dictus Romae quia ibi fuerat ara *Iunonis Iugae* quam putabant (?) matrimonia iungere.

15 : Proeliares dies ab iustis non segregaverim, siquidem iusti sunt continui trīginta dies quibus exercitui imperato vexillum russi coloris in arce positum est; proeliares autem omnes quibus fas est res repetere vel hostem lacessere. Cf. infra, s. v. Proeliares Dies (253, 12) quibus fas est hostem bello lacessere).

IUGES. Cf. infra, s. v. Iuges. Festum plura et hic et ibi scripsisse indicat Gloss. Philox. IU 49; 31 Iuges : ἐν πρώτοις ζευχθὲν κτήνος, Iugites : συνεζευγμένοι. Formam iuges, -etis fuisse in usu docet Serv. auct. Aen. 3, 537 : Iugetis enim dicitur augurium quod ex iunctis iumentis fiat, etc.

IUBAR. Hincine Gloss. Philox. IU 5 Iubar : ἀγλή, Φωσφόρος ? Cf. Varr. L. L. 7, 76 : « Lumen iubarne in caelo cerno ? » (Enn. trag. 336 R.), iubar dicitur stella Lucifer quae in summo quod habet lumen diffusum ut leo in capite iubam, etc.

IUGULA (fem. sing.) Hincine Gloss. Abol. IU 9 Iugula : sidus Orionis ? Si recta forma est Gloss. Philox. IU 38 Iugula : ἄστρον Ὠρίωνος ὡς Ἄττιός ('Οράτιος οοδ.) [ὡς] φησι, tum credere licet Festum citavisse versum Accii a Varrone citatum. Cf. Varr. L. L. 7, 50 : Iugula signum quod Accius appellat Oriona cum ait (693) « citius Orion patefit ». Alii tamen rem ad Hor. C. 1, 28, 21 referunt. Cf. infra, s. v. Vesperugo (506, 14).

IUGUM. Cf. infra, s. v. Sub Iugum Mitti (394, 28) hastis defixis duabus in terra ter-tiaque ad summum earum deligata, specie Iani, iubentur subeuntes transire).

IUGERE. Hinc Gloss. Corp. (= Abol.) I 303 Iugit milvus cum vocem emittit; Gloss. Abol. IU 2; Gloss. Philox. IU 71 Iugit : ἔστιν βοῶ. Unde vix colligendum est Festum non Iugere sed Iugit scripsisse. Vide supra ad Bombizatio (27, 12).

IUGES. An iugites ? Cf. supra, s. v. Iuges Auspicium; infra, s. v. Iniuges Boves (101, 7) qui sub iugo non fuerint).

IUBILARE. Cf. Varr. L. L. 6, 68 : Ut quiritare urbanorum sic iubilare rusticorum. Ad Festum revocant docti (sed haud scio an prave) Gloss. Cyrill. (= Philox.) Iubilatus : κραυγή ἀγροίκων, ὁλολυγμός ἀγροίκων.

IUVENTUTIS. Sacra Iuventatis Cicero (Att. 1, 18).

IURARE. Vide supra, ad Flamen Dialis (77, 28).

IUGARIUS. Iuno Iuga Paul : Iuno Iugis ps. -Plac. : Iuno Iugalis Serv. (Aen. 4, 16). Ex ps. -Plac. fortasse colligenda pristina forma Festini loci (Iugi Iunoni a qua Vicus Iugarius ara ibi sita est).

Ilia dicta ab *ina* quae pars chartae est tenuissima.

Illicet sine dubio.

Ianiculum dictum quod per eum Romanus populus primitus transierit in agrum Etruscum.

Idulis ovis dicebatur quae omnibus Idibus Iovi mactabatur.

Ianual libi genus quod Iano tantummodo delibatur.

Iambi vocabantur qui (quos ?) singuli ex proscaenio loquebantur, *traianbi* (θράμβοι ?) qui (quos ?) teriti.

Igitur nunc quidem pro completionis significatione valet, quae est ergo ; sed apud antiquos ponebatur pro inde et postea et tum.

Irceus genus farciminis.

Irquitallus puer qui primo virilitatem solum experitur.

Ioviste (-ves- ?) compositum a Iove et iuste.

Ignitabulum ignis receptaculum.

Ignia vitia vasorum fietilium.

Ipsipte (?) ipsi neque alii.

Iceit percussit.

Insipere far in olam iacere pultis, Unde dissipare, obsipare, ut cum rustici dicunt : Obsipa pullis escam.

Irnela vasis genus in sacris.

Ibi dicitur cum locus semel demonstratur, ibidem cum saepius.

Ipsullices bratteae in virilem muliebremque speciem expressae.

Itonda Minerva <m> a loco sic appellata <m>.

Irpices (hirp- ?) genus rastorum ferreorum, quod plures habet dentes ad extirpandas herbas in agris.

ILIA. Cf. supra, s. v. Exiles et Iia (71, 4 a tenuitate inarum, quas Graeci in chartis ita appellant, videntur esse dicta). Hinc vel inde Gloss. Ansil. (= Abol.) IN 9 Ina : ut Graecis.

ILICET. Si revera Placidi est gl. Ansil. IL 36 (Illicet : scilicet, sine dubio), potest Festina esse.

IANICULUM. soil. collem ; nam haec cohaesisse cum eis quae infra sunt s. v. Vaticanus Collis (519, 24) monuit Elter (Rhein. Mus. 46, 130). per eum] quasi ianuam. Glossam corruptam Abstr. (IA 8), ex schol. Vergil. (ad Aen. 8, 958 ?) haustam, sic lego : Ianiculum mons est in urbe Roma <dictus a Iano> unde Ianuarius mensis nomen accepit.

IDULIS. Cf. infra, s. v. Sacram Viam (372, 11).

IRCEUS. Cf. infra, s. v. Ircei (101, 9 genus farciminis in sacrificiis).

IRQUITALLUS. Cf. supra, s. v. Hirquitalli (90, 1).

IOVESTE. Obscurae voci lucem tandem infudit titulus antiquissimus, O. I. L. I^o 1. (Ioves-tod ' iusto).

IGNITABULUM. Hinc Gloss. Philox. IG 17 Ignatabulum : ἡ ἀδὸς ῥαβδίων πυροστροφόν.

IGNIA. i. e. ἔχνηα ? Hinc Gloss. Philox. IG 8 Ignia : νοτὰ φυκλαστίς.

IPSIPTE. Ipsippe vel Ipsipse eodd. Hinc Gloss. Philox. IN 517 Insipti : αὐτοί.

INSIPERE. Cf. infra, s. v. Supa (406, 22 iace ; unde dissipat, disieit et obsipat, obiecit... insipit far in olam, inieit far in ollam). Hincine gl. corrupta Philox. IN 485 Insigatae (-sipare ?) : ἐπιρῖψαι ?

IRNELA. i. e. hirnella ?

IPSULLICES. Vio hue revocanda gl. Philox. IP 13 Ipsiplices : αὐτόπτουκα φύλλα.

IRPICES. Cf. Varr. L. L. 5, 136 : Irpices regula compluribus dentibus quam item ut plastrum boves trahunt ut eruant quae in terra serpunt ; ' sirpices ' postea S detricto a quibusdam dieti.

Irpini (Hirp-) appellati nomine lupi quem *irpum* dicunt Samnites; eum enim ducem seouti agros occupavere.

Ignis Vestae siquando interstinctus esset, Virgines verberibus adiciebantur a Pontifice; quibus mos erat tabulam felicitatis materiae tamdiu terebrare quousque exceptum ignem cribro aeneo Virgo in aedem ferret.

Ignem ex domo flaminia efferri non licebat nisi divinae rei gratia.

Icadion nomen saevissimi piratae. <Lucilius (1292):

Rhodes Icadionque.>

Iracundia dicta quod iram incendat.

Italia dicta quod magnos *italos*, hoc est

boves, habeat; *vituli* etenim ab italibus sunt dicti, Italia ab Italo rege. Eadem ab Atye Lydo *Atya* appellata.

(Schol. Isid.) Italia ob vini copiam *Oenotria* appellata est. Italiam Cato appellatam ait ab Italo rege. Timaeus, quod in ea boum quondam fuerit multitudo, Graecos autem antiquos solitos esse vocare tauros *ἰταλούς*; a quibus videntur dicti vituli.

(Isid.) Ab Italo Siculorum rege ibi regnante Italia nuncupata est.

Indoles incrementum, industria.

Indigetes dii quorum nomina vulgari non licet.

HIRPINI. Cf. Serv. Aen. 11, 785: Nam lupi Sabinorum lingua vocantur hirpi, etc.

IGNIS VESTAE. Cf. Liv. 28, 11, 6: Ignis in aede Vestae exstinctus; caesaque flagro est Vestalis, cuius custodia noctis eius fuerat, iussu P. Licinii pontificis.

IGNEM. Cf. Gell. 10, 15, 7. Vide supra ad Flamen Dialis (77, 28).

ICADION. Cf. infra, s. v. Rhodens Icadionque (332, 26); unde supplevi.

IRACUNDIA. Nequis Festo auxilium petat ex Isid. Etym. 10, 129 (Iracundus dictus quia accenso sanguine in furorem compellitur; ur enim flamma dicitur, et ira inflammatur), moneo illud ur Hebraicum glossema esse ex Hieronymo haustum (cf. Gloss. Abba = Abstr. Ur: incendium). Sed simul tractavisse Festum (aut hic aut alibi) Ira et Iracundia colligendum est fortasse ex consensu Philoxeni, (IR 3; 11) Ira: ὀργή, Iracundia: ὀργή ἐπίμονος, cum Isidoro (Diff. 1, 301): Ira praesens est et ex causa nascitur; iracundia autem vitium naturale et perpetuum est, etc.

ITALIA. Cf. Varr. R. R. 2, 5, 3: Graecia antiqua; ut scribit Timaeus, tauros vocabat ἰταλούς, a quorum multitudine et pulchritudine et fetu vitulorum Italiam dixerunt; Rer. Hum. ap. Gell. 11, 1, 1. Seriem Timaeum - Varronem - Verrium - Festum continuat Serv. auct. Aen. 1, 533. Isidori (Etym. 14, 11, 18) verba aliquot exhibui, ne illud Siculorum desideretur.

OENOTRIA. Diversam Varronis sententiam (a Verrio, Festo quoque, hic memoratam?) memorat Serv. auct. (Donatus?) Aen. 1, 532: Ut Varro dicit, ab Oenotro, rege Sabinorum, etc.

INDOLES. Vide supra ad Adolescit (5, 10).

INDIGETES. Cf. infra, s. v. Indiges; s. vv. Indigitamenta et Indigitanto (101, 11-15). Unde, nisi ex Festo (vel hic vel infra), potuit emanare gl. Philox. IN 107 Indigetes: ἡμίθεοι Κουρήτες οἱ περὶ τὴν Πεαν? Si ex Festo, Festum vel hic vel infra sic fere disputasse suspicor, quomodo Serv. auct. (Festum secutus?) Aen. 12, 794: Alii patrios deos Indigetes dici debere tradunt, alii ab invocatione Indigetes dictos volunt quod indigito est precor et invoco; vel Indigetes sunt dii ex hominibus facti, et dicti Indigetes quasi in diis agentes. Et hic intellego Festum κατ'ἀντίφασιν vocem derivare, ab eo quod est indigito, i. e. invoco (unde indigitamenta), quod eos nominatim invocare non liceat. Κατ'ἀντίφασιν. explicavit alium vocis sensum Nigidius (ap. Schol. Bern. Geo. 1, 498): Indigetes a Latinis

Indeptare consequi.

Industrium antiqui dicebant 'indo-struum' quasi qui, quicquid ageret, intro strueret et studeret domi.

Indictivum funus ad quod per praeconem evocabantur

Indepisci adsequi, adipisci.

Indiges indigetis facit. Hoc nomine Aeneas ab Ascanio appellatus est cum pugnans cum Mezentio nusquam apparuisset; in cuius nomine etiam templum construxit.

Inquilinus qui eundem colit focum, vel eiusdem loci cultor.

Incilia fossae quae in viis fiunt ad deducendam aquam, sive derivationes de rivo communi factae.

Incitega machinula <lignea> in qua cons-

tituebatur in convivio vini amphora de qua subinde deferrentur vina.

Incomitiare significat tale convivium facere pro quo necesse sit in comitium, hoc est in conventum, venire. Plautus (Curc. 400) « quae so ne me incomities ».

Incita incitata.

Inchoare videtur ex Graeco originem trahere quod Hesiodus omnium rerum initium esse dixerit Chaos (Theog. 116): <Ἦτοι μὲν πρότωστα Χάος γένετο>.

Increpitare arguere, conviciari.

Inconciliasti comparasti, commendasti; vel, ut antiqui, per dolum decepisti. <Plautus (Trin. 136): inconciliastin eum qui mandatust tibi? >

Inclutus nobilis, clarus.

qui a Graecis ἐμμευχοι dicuntur; alii dicunt, ex quibus Nigidius, omnes deos Indigetes cognominari quia nullius indigent; alii Indigetes proprie interpretantur quorum propria nomina ignorantur, ut sunt dii Penates, item dii Lares et dii Consentes, quorum singulorum nomina ignorantur; alii: Indigetes proprie sunt dii ex hominibus facti, quasi in diis agentes, abusive, ut Aeneas et Romulus. Scholium Bernense ideo exscripsi quasi fortasse non a Festo alienum. Vix tamen audeo gl. Ansil. incertae originis (Abstr. an Abol.) ad Festum referre, cum possint ad schol. Vergil. redire (IN 435 Indigitare: invocare; IN 436 Indigitem: invocem). Glossa illa utriusque linguae, Indigito: δοῦμάζω, utrum ex Gloss. Philoxeno venerit an aliunde non liquet.

INDEPTARE. Cf. infra, s. v. Indepisci (adsequi, adipisci).

INDICTIVUM. Cf. infra, s. vv. Quirites (304, 2), Simpludiarea Funera (452, 30). Cf. Varr. L. L. 7, 42: In funeribus indictivis quo dicitur « ollus leto datus est ».

INDEPISCI. Cf. supra, s. v. Indeptare (consequi). Hucine redit Gloss. Philox. IN 102 Indepti: ἀν[ομ]ύσαντες?

INDIGES. Cf. supra, s. v. Indigetis Dii.

INQUILINUS. Hincine Gloss. Philox. IN 267 Inquilinus: ἐνοικος?

INCITEGA. Hinc Gloss. Ansil. (= Abol.) EN 10 Encitega: machinola lignea qua amphora sustinetur. Inde supplevi. Sed cur ea gl. a littera E incipit? Neque enim in Gloss. Ansil. solet ille barbarismus, E pro I, apparere qui saepissime in Gloss. Sangallensi (= Abba) apparet. An Festus scripserat Inc. <Graece ἐγγυθήκη>?

INCHOARE. Cf. supra, s. v. Cohum (34, 28). Unde fortasse Verrii fragmentum huc transponi debuerat. Vide etiam ea quae memoravi s. v. Boare (27, 14). Nam duo verba hoc et inchoo se opposuerunt regulae grammaticorum: Nullum verbum est quod ante O finalem O habeat. Illud igitur Graecum verbum esse (βοῶ) affirmaverunt, hoc ad Graecum etymon (χάος) rettulerunt.

INCREPITARE. Cf. infra, s. v. (101, 21); supra, s. v. Creperum (46, 2).

INCLUTUS. Cf. supra, s. v. Clutum (48, 16).

' *Inceps* ' <unde> *deinceps*.

Incestus a Graeco trahitur ; nam illi facinus dicunt ἀνήκεστος.

Inconspretum non improbatum.

Incoctae dicebantur mulieres plus aequo calamistris usae.

Incauillatio per despectum inrisio.

Incalationes invocationes.

Inconditum non ordinate compositum.

Incuria neglegentia.

Incensit incenderit, sicut *incepsit* inceperit.

Incomitem sine comite.

Incessere inmittere ac iactu vel verbis petere..

Inclamare conviciis et maledictis insectari.

Incicorem inmansuetum et ferum. Pacuvius (386) " reprime incicorem iracundiam ". Interdum *cicour* pro sapiente ponitur, ut idem Pacuvius (387) « consilium cicur ».

? (Gloss.) Cicures : mansueti.

Inpolitias censores facere dicebantur cum equiti aes abnegabant ob equum male curatum.

Inpages dicuntur quae a fabris in tabulis figurantur quo firmius cohaereant, a pangendo, id est figere. Unde et poetae *pangere* versus dicuntur et agricolae pangere plantas.

In non semper abnuitionem significat, sed interdum etiam pro adnuendo ponitur : ut involando (-are ?), inolamando (-are ?), invocando (-are ?).

INCEPS. Vox ni fallor, fictiela. Cf supra, s. v. Deinceps (62,7 qui deinde coepit, ut princeps qui primum coepit) ; s. v. Deincepem (65, 27 antiqui dicebant proxime quemque captum, ut principem primum captum) ; infra, s. v. Incensit (95, 19 sicut incepsit inceperit). Gloss. Vat. lat. 1469 (Inceps : deinceps) ex Pauli epitoma hausisse credo, nam Festo hoc vocabulum nolo imputare. Vide tamen Auct. Herenn. 3, 81 (ed. Marx).

INCONSPRETUM. Voxne Enniana ?

INCAVILLATIO. Cf. supra, s. v. Cavillum (40, 18 cavillatio, id est inrisio) ; Cavillatio (39, 26 est iocosa calumniatio). Hinc gl. corruptae Ansil. IN 84-85 Incavillatione : in derisione, Incavillatur : inderidetur. Fortasse sic sunt legendae, Incavillatione id est derisione, Incavillatur id est deridetur. Nolo tamen illud incavillatur hic addere quoniam conditor glossarii ipse id etymon discipulorum suorum causa induxisse potest.

INCALATIONES. Cf. infra, s. v. Procalare (251, 25 provocare, ex Graeco καλεῖν, id est vocare).

INCURIA. Hincine Gloss. Abol. IN 48 (Incuria : neglegentia), et plenior forma in Gloss. Ansil. IN 337-338 (Incuria : neglegentia ; ab eo quod curae non sit ; socordia) ?

INCESSERE. Cf. Müller-Graupa (Phil. Woehenschr. 42, 211).

CICUR. Dubito de gl. Festina (?) Gloss. Vat. lat. 1469. Ex eodem fortasse versu (Pacuvii ?) Gloss. ps. -Plac. Cicures : placidi, quieti.

INPOLITIAS. Cf. Gell. 4, 12, 2-3 : Item quis eques Romanus equum habere gracilentum aut parum nitidum visus erat, inpolitiae notabatur ; id verbum significat quasi tu dicas incuriae ; cuius rei auctoritates sunt et M. Cato id saepenumero adtestatus est. Pluralem igitur pro singulari numerum stultitia Pauli inculcavit ? Contra monent antiquae dictiones velut vindicias dare. Cf. supra, s. v. Depolitum (63,5), ubi monui rusticam esse vocem. Sane a rustico vocis sensu capit initium Gellius. Etiamne Festus ? Incertae originis est Gloss. Aff. Inpolitus : inputatus. Cf. infra, s. v. Imputatum (96, 18).

PANGERE. Cf. infra, s. v. (234, 6)

IN. Cf. infra, s. v. (97, 15 significat... modo auctionem, ut inolamavit, etc.)

Inporcitor qui porcas in agro facit arando ;
porca autem est inter duos sulcos terra
eminens.

Inpetritum inpetratum.

Inpercito parcito, futurum ab imperativo.

< **Plautus** (Cas. 832) :

**amabo, integrae atque imperitae huic
impercito.**>

Inprolus vel *inprolis* qui nondum esset
adscriptus in civitate.

Inpelimenta inpedimenta dicebant.

Inpluvium quae aqua inpluit collecta de
tecto. *Conpluvium* quod de diversis tectis

aqua pluvialis confluit in eundem locum.

“ *Impensam stipem* ” aes sacrum quod non-
dum erat pensum.

Inpescere in laetam segetem pascendi gra-
tia inmittere.

Impomenta, quasi ‘ in-poni-menta ’, quae
post cenam mensis inponebant.

Inportunum in quo nullum est auxilium
velut solet portus esse navigantibus.

Imputatum nondum purgatum ; *putum* est
enim purum. Unde *putare* vites dicimus,
hoc est detrahare quae inpedimento
sunt ad fructum.

INPORCITOR. Unde Verrius materiam sumpserit, quomodo ab eo aut a Festo disposita sit divinare periculosae est plenum opus aleae, sed indicium saltem connexionis inter hoc lemma et lemma Indigitamenta dat Servius (et Donatus ?) Geo. 1, 21 : Quod autem dicit « studium quibus arva tueri », nomina haec numinum in Indigitamentis inveniuntur, id est in Libris Pontificalibus, qui et nomina deorum et rationes ipsorum nominum continent, quae etiam Varro dicit... Fabius Pictor hos deos enumerat quos invocant flamen sacrum Cereale faciens Telluri et Cereri... Inporcitorem, etc.

PORCA. Cf. infra, s. v. Porcae (244, 6 ; 274, 19). Cf. Reitzenstein (Verrianische Forschungen 33 adn.).

INPETRITUM. Vox sacerdotalis. Vide infra ad Propetrare (253, 23) ; Perpetrare (238, 24), ubi versus Pacuvii citatur « neque perpetrare precibus inpetrita quit », ad quem haec revocare vult Reitzenstein.

INPROLIS. Hinc Gloss. Philox. IN 409 Inproles : ἀφ᾽ ἧλιξ μῆπω· πολитеυόμενος (etiamne IN 417 Inproles : ἀγονος· ἀτεκνος, ἄνηβος ?), unde, ni fallor, Gloss. Aff. (Inprolis : nondum vir).

INPELIMENTA. An D littera in L conversa (cf. infra, s. v. Seliquastra 460, 1) ? An vult dicere inelimenta priorem formam fuisse ab eo quod est impellere derivatam ? Cf. ps. Plac. Impulsas : impositas ; unde hodie quoque « impulsari fascem » dicimus, quod magis imponi decentius dicitur.

INPLUVIUM. Cf. Varr. L. L. 5, 161 : Si relictum erat in medio ut lucem caperet deorsum quo impluebat, dictum impluvium ; susum qua compluebat, compluvium ; utrumque a pluvia.

INPESCERE. Cf. supra, s. v. Conpescere (35, 10 velut in eodem pascuo continere) ; s. v. Dispescere (63, 25 pecus a pastione deducere : ut conpescere una pascere et in uno loco continere).

IMPOMENTA. Cf. Schwyzler (Rhein. Mus. 76. 440).

IMPORTUNUM. auxilium] quies Serv. Aen. 11, 305, unde Isid. Etym. 10, 136 ; refugium Serv. auct. (l. c.), qui, ut solet, a Festo stat.

IMPUTATUM. Cf. supra, s. v. Inpolitias (95, 26).

PUTUM. Cf. infra, s. v. (240, 9) ; supra, s. v. Amputata (23, 9).

PUTARE. Cf. infra, s. v. Putus (240, 9) unde putatae vites et arbores, quod decisis inpedimentis remanerent purae ; aurum quoque putatum dici solet, id est expurgatum).

Imbrica tempestate pluviam videtur significare.

Inparentem non parentem, hoc est oboedientem.

Implorare inclamare, ad auxilium invocare.

Impudicatus stupratus, impudicus factus.

Inpos est qui animi sui potens non est, qui animum suum in potestate non habet.

Inbarbescere barbatum fieri.

In procinctu factum testamentum dicitur quod miles pugnaturus nuncupat praesentibus commilitonibus.

Inbutum est quod cuiuspiam rei sucum perbibit. Unde infantibus an velint bibere

dicentes *bu* syllaba contenti sumus.

Inpenetrabile (-abile ?) cuius ultimum penetrabile intrare non licet.

Inplexum implicatum, quod Graeci ἐμπλεγμένον dicunt.

In mundo dicebant antiqui cum aliquid in promptu esse volebant intellegi.

Imbrex nomen cuiusdam comici.

Impares tibiae numero foraminum discretæ.

Imparem numerum antiqui prosperiorem hominibus esse crediderunt.

Impetix impetigo.

Impiatus sceleratus.

Inipite inpetum facite (?)

IMBRICA. videtur] Quis ? An XII Tab. ?

IMPLORE. Cf. supra, s. v. Endoplorato (67, 12 inplorato, quod est cum questione inclamare ; inplorare namque est cum fletu rogare, quod est proprie vapulantis).

INPUDICATUS. Vox Laberiana.

INPOS. Hinc Gloss. Aff. (= Abol.) Inpos : non potens animi.

IN PROCINCTU. Cf. supra, s. v. Classis Procincta (49, 10). Gloss., Philox. IN 389 (In procinctu : ἐν προτομῇ πολέμου στήναι μετὰ ἐσθῆτος ὑπατικῆς ἥτοι διαθέσθαι ἐν παρατάξει πολέμου) ad E-capitulum, s. v. Endo Procinctu (67, 15), assignare malim.

INBUTUM. Cf. supra, s. v. Exburæ (69, 26 quæ exhiberunt, quasi epotæ).

BU. Hucine revocanda corrupta gl. Philox. BO 15 Boa βρεφος (cf. Heraeus, Arch. lat. Lex. 13, 163) ? Cf. Varr. Catus ap. Non. 81,1 : Cum cibum ac potionem buas ac pappas vocent, et matrem mammam, patrem tatam. Sed ad lemma Papillæ (vid. infra), 246, 8 malo revocare Gloss. Philox. PA 87 Pappat : μασᾶται.

INPENETRABLE. Hincine Gloss. Philox. IN 343 Inpenetrabile : ἀδύνατον, ὅπου τις οὐκ ἐφίεται εἰσελθεῖν, ἀνόδευτον ?

IMBEX. Abhorret hoc ab usitato more Verrii. Fuitne pars lemmatis Ambrices (15, 16), vel etiam lemmatis Imbrica Tempestate (96, 21) ? Hucine revocabimus Isid. Etym. 19, 10, 15 : Imbrices, quod accipiant imbres ? Suadet corrupta gl. Ansil. IN 1227 ' Imber-ceps ' : imbrices. Et suntne eiusdem gregis Gloss. Philox. IN 49 Imbrices : καλυπτῆρες, IA 37 Imbricat : σκέπει, καλύπτει ? Suspicionem movet IM 14 Imbricitur : ὑμβροῦται, βρέχεται (cf. Enn. Ann. 444 : Imbricitor Aquiloque). Potest Festus versum Ennianum citavisse et illud Imbricitor a Philoxeno male intellectum esse.

IMPARES TIBIAE. Cf. supra, s. v. Dextrarum Tibiarum (65, 7).

IMPAREM NUMERUM. Cf. Serv. et Serv. auct. ad Eol. 8, 75 (numero deus impare gaudet).

INIPITE. inpetum] inplexum vel inretitum docti (cf. ps. Plac. Inipitus : implicitus vel inretitus). Inpitite inpet. fa. vel Impite inp. fac alii : Impite <facite> inpetu fa. alii. Cf. Gloss. Philox. IM 73 Impete : ὁρμηδόν. Si vox auguralis est (cf. s. v. Praepetes 224, 6 ; 286, 14), sequens lemma affine est.

Inhibere iniungere, sed melius cohibere.

Inebrae aves quae in auguriis aliquid fieri prohibent ; et prorsus omnia *inebra* appellantur quae tardant vel morantur agentem.

In praepositio modo significat quod non, ut inimicus ; modo auctionem, ut inclamavit ; modo [ubi] quo tendatur, ut incurrit ; modo ubi qui sit, ut inambulat.

Immunis vacans munere aliquotiens pro improbo ponitur, ut apud Plautum (Trin. 24) « immune est facinus ».

Iniurum (-us) periurum (-us). <Plautus (Pers. 408) :

inpure, inhoneste, iniure, inlex, labes popli.>

*In eo*pte (-pse ?) eo ipso.

Immolare est *mola*, id est farre molito et sale, hostiam perspersam sacrare.

Initium est principium ; sed alias quo quid incipiat, ut viae Appiae porta Capena ; alias ex quo quid constet, ut aqua terra aer.

Inertia indivisa.

Iners ignavus vel sine arte.

Inigere pecus agere [id est minare].

Init ponitur interdum pro concubitu ; interdum pro invenit, ut 'init rationem' ; interdum pro introit, ut Plautus (fr. 29) « init te umquam febris ? »

Inermat armis spoliatur.

In insula Aesculapio facta aedes fuit quod aegroti a medicis aqua maxime sustententur. Eiusdem esse tutelae draconem quod vigilantissimum sit animal ; quae res ad tuendam valitudinem aegroti maxime apta est. Canes adhibentur eius templo quod is uberibus canis sit nutritus. Bacillum habet nodosum quod difficultatem significat artis. Laurea coronatur quod ea arbor plurimorum sit remediorum. Huic gallinae immolabantur.

Interregnum appellatur spatium temporis quousque in loco regis mortui alius ordinetur (?).

Intempestam noctem dicimus pro incertiore tempore, quia non tam facile noctis ho-

INEBRAE. Cf. supra, s. v. Enubro (67, 10 inhibenti).

IN. Cf. supra, s. v. (96, 1), || auct] ut Inhibere || quo tend.] ut Impite.

INMUNIS. Glossographorum eandem in eodem versu doctrinam exhibet ps. -Plac, (Immoene : improbum, culpandum, vel interdum munere liberatum). Fortasse hic exhibendus erat locus Isidori (Etym. 10, 140), qui infra, s. v. Munem (127, 7), exhibetur. Festinus videtur esse, et ad alios huius Plautinae fabulae versus (Trin. 350 ; 354) spectare.

IN EO PTE. Voxne Plautina ? Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) EO 15 (Eopse : eo ipso) ?

IMMOLARE. Cf. infra, s. v. Mola (124, 13) ; supra, s. v. Ador (8, 20).

INERS. Hinc nimirum Gloss. Philox. IN 157 Iners : ἀδρανής, ἀτεχνός. Unde fortasse colligendum Festum non plura scripsisse, vel saltem a Paulo fideliter descriptum esse.

INIGERE. Hucine redit gl. corrupta Philox. IN 84 Indigat : ἀπελάυνει ? || min.] cf. ad 21, 13, s. v. Agere.

AESCULAPIUS drac.] Cf. supra — s. v. Dracones (59, 12 ideoque Aesculapio adtribuuntur quod vigilantissimi generis putantur, quae res medicinae maxime necessaria est). || Canes etc. Cf. Tarquiti (Priscus) ap. Lact. Div. Inst. 1, 10, 2 ; Tertull. Nat. 2, 14.

INTERREGNUM. Incertae originis est Gloss. Amplon. II Interregnum : quotiescumque inter mortuum primum regem et eum qui post ipsum creati potest ad tempus potestas eligitur media ; idem etiam interrex dicitur.

INTEMPESTAM. Cf. Varr. L. L. 7, 72 : Quod est apud Cassium (Acc. praet. 41) « nocte intempesta nostram devenit domum », intempesta nox dicta a tempestate, tempestas ab

rae quam diei possint intellegi. *Tempestatem* enim antiqui pro tempore posuere.

Intergerivi parietes dicuntur qui inter confines struuntur et quasi intergeruntur.

Internecio vitae privatio, interfectio, a nece denominato vocabulo.

Inter cutem flagitatos dicebant antiqui maras qui stuprum passi essent,

Interduatim et *interatim* dicebant antiqui quod nunc interdum et interim,

Intrahere (?) est contumelliam intorquere.

Interapedo tempus interceptum, cum scilicet mora est ad capiendum,

Instaurari ab instar dictum, cum aliquid ad pristinam similitudinem reficitur.

Insulae dictae proprie quae non iunguntur communibus parietibus cum vicinis circumituque publico aut privato cinguntur; a similitudine videlicet earum terrarum quae in fluminibus ac mari eminent suntque in salo.

Instigare incitare.

Insimulare crimen in aliquem confingere.

Insuasum appellabant colorem similem luteo qui fiebat ex fumoso stillicidio. <Plautus (Truo, 271) :

quia tibi insuaso infecisti propudiosa pallulam.>

Insitum ab inserendo tractum, sed aliquotiens significat impositum.

tempore; nox intempesta quo tempore nihil agitur; 6, 7 Inter vesperuginem et Iubar dicta nox intempesta, ut in Bruto Cassii quod dicit Lucretia « nocte int. » etc., intempestatem Aelius dicebat cum tempus agendi est nullum. Cf. supra, s. v. Iubar (92, 18); infra, s. v. Vesperogo (506, 14).

TEMPESTATEM, Cf. infra, s. v. (498, 32 pro tempore frequenter antiqui dicebant).

INTERGERIVI. Hinc Gloss. Philox. IN 642 Intergerius paries : τοῦχος ὁ δῶο κτήσεις διαφύων.

INTER CUTEM. Vide infra ad Intereutitus (100, 24).

INTERATIM. Citavitne Festus Plaut. Truc. 882 :

id quoque interatim furtim nomen commemorabitur

(ubi 'interim futatim' est in codd. qui extant) ?

INTRAHERE. an intericere (i. e. inter -iacere) ? Nam vicina lemmata ab Inter- incipiunt. Et huc revocanda videtur gl. Philox IN 651 Interieit : ἀχρετιάζει.

INTERCAPEDO. Hincine Gloss. Abol. IN 42 Interapido : interiectum temporis; Gloss. Philox. IN 610 Interapedo : διάσπρυμα χρόνου ?

INSTAURARI. Fortasse ex Festo hausit Placidus (non ps- Plac.) Instar veteres pro similitudine ponebant; inde et instaurare dicebant. Pervulgata tamen haec doctrina est; cf. Serv. Aen. 2, 15 : Instar est ad similitudinem; unde non restaurata, sed instaurata dicuntur aedificia ad antiquam similitudinem facta.

INSULAE. Hinc Gloss. Philox. IN 566 Insula : νήσος συνοικία; Gloss. Abol. IN 68 Insulae sunt quae non iunguntur communibus parietibus cum vicinis. || in salo] Cf. Isid. Etym. 14, 6, 1 : Insulae dictae quod in salo sint, id est in mari. Cf. Richter (Herm. 20, 91).

INSTIGARE. Hincine Gloss. Abol. IN 67 Instigat; incitat vel iritat ?

INSUASUM. Cf. infra, s. v. Suasum (392, 25 celos appellatur qui fit ex stillicidio fumoso in vestimento albo Plautus « quia tibi suaso », etc.; quidam autem legunt 'insuaso', etc.) Hinc (non inde) Gloss. Philox. IN 565 Insuasum : εἶδος δοκαρίων κεκαπνισμένων, Quantillum fidei sit Philoxeno dandum disce.

INSITUM. Hinc Gloss. Abol. IN 70 Insitum : ab inserendo; Gloss. Ansil. (= Abol.) IN 1677 Insitum; impositum,

Inaeque apud Ennium, dia (Ann. 326) ;
 <Inaeque Musa manu Romanorum
 induperator
 Quod quisque in bello gessit cum rege
 Philippo.> *Inserit*, dixerit (Enn. inc. 36).

Insignis tam ad laudem quam ad vitu-
 perationem inflecti potest.

Insaepum non saeptum ; ponitur tamen et
 pro non aedificatum.

Insecta non secta ; sed et aliquotiens signi-
 fica[n]t secta.

Insupare inicere ; unde fit *dissipare*.

Insons extra culpam ; a quo dici morbus

quoque existimatur *soniticus* quia perpe-
 tuo noceat.

Inscitia stultitia.

Insessores latrones quod circa vias insidien-
 tur sedentes.

Inmanis ferus, sive magnus.

Imago ab imitatione dicta.

Ingluvies a gula dicta. Hinc et *ingluviosus*
 et *glutto*, *gulo*, *gumia*, *guttur* [guttu],
gutturiosus et *gurgulio*.

Inmusulus avis genus quam alii regulum,
 alii ossifragam dicunt.

Infindere intercipere, interponere.

INSEQUE. Hinc Gloss. Philox. IN 460 Inseque : εἰπέ. Versuum par supplēvi quod Gellius citavit (18,9) : Velio Longo... qui in commentario quod fecisset de Usu Antiquae Lectionis scripserit non inseque apud Ennium legendum, sed insece, etc. A Festo ps- Placidus alienus est, sed glossographorum eandem atque Festus doctrinam exhibere solet. Cum igitur ps- Plac. habeat Insequis : narras, refers, et interdum pergis, Gloss. autem Philox. addat (IN 467) Inseque[re] : ἐπακολούθησον, suspicio oritur Festum scripsisse : dic <vel perge>.

INSIGNIS. vitup.] Cf. infra, s. v. Obstinato (208, 34), ubi citatur Cato « insignibus flagitiis ». Eo haec revocare vult Reitzenstein.

INSECTA. Hucine redit Gloss. Philox. IN 475 Insectiones : ἀυλακισμοί, ἐνσχισμοί ?

INSUPARE. Hinc Gloss. Abol. IN 69 Insupare : iniocere. Cf. supra, s. v. Insipere Far in Olam (93, 17 iacere pultis ; unde dissipare).

INSONS. Cf. infra, s. v. Sons (382, 14 nocens... insons innocens),

SONTICUS. Cf. infra, s. v. Sonticum Morbum (372,9 in XII., nonnulli putant esse qui noceat, quod sontes significat nocentes); s. v. Sontica Causa (464, 28 dicitur a morbo sontico).

INSESSORES. Cf. supra (in H capitulo) s. v. 'Οδοιδόκος (91, 20),

INMANIS. Hincine Gloss. Philox. IM 29 Immanis : μέγιστος, ἄγριος ?

INGLUVIES. Hinc, ni fallor, Gloss. Philox. IN 70 Ingluvies : τράχηλος, λίπος [<Inglu-
 vies> : ἀποδερματισμός]. Festus igitur Varronianam expositionem dederat. Cf. Varr. L. L. XXIII (ap. Serv. auct. Geo. 3, 481) : Ingluvies tori sunt circa gulam qui propter pinguedinem fiunt atque interiectas habent rugas. || gumia] cf. Marx ad Lucil. 1066,

INMUSULUS. Hinc Gloss. Philox. IM 51 Immusulus : εἶδος ὀρνέου, IN 145 Im. : ὄρνεον βασιλικόν, ἕρως βασιλικός. Cf. infra, s. v. (101,1 ales ex genere aquilarum est, sed minor virium quam aquilae). Vide supra, ad Alites (3, 10 volatu auspicia facientes istae putabantur : buteo, sanqualis, immusulus, aquila, vulturius). Etiam in E-capitulo Festum huius avis mentionem fecisse indicat (vix demonstrat) Gloss. Ansil. EM 172 Emussulus : rex aviolis in auspiciis, Indieatne etiam Festum non regulum scripsisse, sed regaliolum ? Vix credo ; nam ex Gloss. Philox. RE 105-106 (Regaliolum : σπίνος, βασιλίσκος ὀρνύφιον) colligo regaliolum fuisse perparvum avem, ab aquilarem genere longe remotum, Anglice 'kinglet', 'golden-crested wren'.

INFINDERE. Vox auguralis ?

Inferiae sacrificia quae dis Manibus inferbant.

Infectores qui alienum colorem in lanam coiciunt ; *offectores* qui proprio colori novum officiant.

Infrequens appellatur miles qui abest a fuitve a signis.

Involu<lu>s vermiculi genus qui se involvit pampino. <Plautus (Cist. 729) : involvolum quae in pampini folio intorta implicat se.>

Infit incipit. Sed diversae significationis est ab eo quod est fit ; nam *infir* agentis est, fit patientis.

Infiteri (-entes ?) non fateri (-entes ?). *Infitari* creditum fraudare. <..*infittas*..>

Infulae sunt filamenta lanae quibus sacerdotes et hostiae templaque velantur.

Inferium vinum id quod in sacrificando infra labrum paterae ponebatur.

Inlicium vocare antiqui dicebant ad contionem vocare. *Inlices* canales in quos aqua confluit in viis lapide stratis ab inliciendo dicti. *Inlecebrae* item ab inliciendo dictae. *Inlex* producta sequenti syllaba significat qui legi non paret ; *inlex* correpta sequenti syllaba significat inductor, ab inliciendo. Plautus (Asin. 221) « esca est meretrix, pectus (leo-) inlex. »

Inlitterata pax est quae litteris comprehensa non est.

Inlaqueatum alii pro victo utuntur, alii pro soluto.

« *In conventionem* » in contione.

Iustum vadem idoneum sponsorem.

INFERIAE. Hincine Gloss. Abol. IN 63 Inferiae : quae Manibus destinantur ?

OFFECTORES. Cf. infra, s. v. (211, 11 colorum infectores).

INFREQUENS. Cum sequens lemma Plautinum sit, vide ne Festus citaverit Truc. 230 : quin, ubi nil det, pro infrequente eum mittat militia domum.

INFITERI. Huc revoco Gloss. Philox. IN 230 Infittentes : ἀποούμενοι, IN 225 Infittas : ἀπρησιν, credoque Festum infittas quoque memorasse. Cf. Gloss. Ansil. (= Abol.) IN 752 Infittas : negationes. Noli illud Infiteri auxilio Gloss. Abstr. defendere (IN 112 Infittetur : non fatetur, negat), nam moris erat ei glossario tertiam pers. sing. ind. praes. ubique ponere (cf. Glossaria Latina, III praef.).

INFITARI. Cf. Isid. Etym. 5, 26, 20 : Infittatio est negatio debitae rei cum a creditore deposcitur.

INFULAE. Cf. supra, s. v. Exinfulabat (71, 25 infulas enim sacerdotum filamenta vocabant). Cf. Varr. L. L. 7, 24 : « Infulatas hostias », quod velamenta his e lana quae adduntur, infulae. Cf. Dragendorff (Rhein. Mus. 51, 286).

INLICIUM. Sunt qui huc trahant obscuram gl. Philox. IN 283 Inlicitum : συνακευή. Cf. infra, s. v. Inlicium (101, 12). Cf. Varr. L. L. 6, 94 : Quare non est dubium quin hoc inlicium sit cum circum muros itur ut populus inlicitur ad magistratus conspectum, qui viros vocare potest, in eum locum unde vox ad contionem vocantis exaudiri possit ; quare una origine illici et inlicis quod in choro Proserpinae est et pellexit quod in Hermiona est cum ait Pacuius (170 R.) « regni alieni cupiditas pellexit » ; sic Elicii Iovis ara in Aventino, ab eliciendo. Vide supra ad Adlicit (25, 14).

INLICES. Cf. supra, s. v. Elices (66, 22).

INLEX. Hincine Gloss. Philox. IN 275a. Inlex. : παράνομος, ἔνομος ?

IN CONVENTIONE. An in coven. ? Cf. S. C. Bacch. (C. I. L. I² 581) : Haice utei in conventionid exdeicatis.

IUSTUM VADEM. Cf. infra, s. v. Vadem (518, 12 sponsorem significat datum in re capitali).

Infra classem significantur qui minore summa quam CXX<V> milium aeris censi sunt.

Intercutitus vehementer cutitus, hoc est valde stupratus.

Inlicitator emptor.

Infibulati sacrificabant flamines, propter usum aeris antiquissimum, *aereis fibulis*.

Inmusulus ales ex genere aquilarum est, sed minor virium quam aquilae. Quae volucris raro et non fere praeterquam vere apparet quia aestum algoremque metuit. Appellatur autem ita quod subito et inexpectata se inmittat.

Inarculum (?) virgula erat ex malo Punico incurvata quam regina sacrificans in capite gestabat.

Iniuges boves qui sub iugo non fuerint.

Insanum pro valde magnum usus est Plautus.

Ircei genus farciminis in sacrificiis.

Incalativae vocativae (invoc- ?)

Indigitanto increpanto.

Inlici [v]jum dicitur cum populus ad con-
tionem elicitur, id est evocatur. Unde et *colliciae* tegulae per quas aqua in vas defluere potest.

INFRA CLASSEM. Cf. Gell. 6, 13, 1-3: Classici dicebantur non omnes qui in quinque classibus erant, sed primae tantum classis homines, qui centum et viginti quinque milia aeris ampliusve censi erant; infra classem autem appellabantur secundae classis ceterarumque omnium classium qui minore summa aeris quod supra dixi censebantur; hoc eo strictim notavi quoniam in M. Catonis oratione qua Voconiam Legem Suasit (fr. 3) quaeri solet quid sit classicus, quid infra classem.

INTERCUTITUS. Cf. supra, s. v. Inter Cutem Flagitatos (98, 22). Est, sicut praecedens lemma, vox Catoniana, vel potius varia vocis Catonianae lectio. Nam Cato dixit (Orat. 8, 2): Intercutibus stupris obstinatus. Cf. Priscian. I, p. 271, 1: Invenitur apud vetustissimos 'intercus, intercutis', et proprie intercus aqua dicitur quam Graeci ὕδρωπα nominant... Cato autem quasi adiectivo eo est usus dicens «int.» etc. pro intestinis ut sit secundum eum 'hic' et 'haec' et 'hoc' intercus, id est qui vel quae vel quod intra cutem est.

INMUSULUS. Cf. supra, s. v. (99, 23).

INFIBULATI FLAMINES. Nugatur Thes. Ling. Lat. s. v. Fibula (VI 644, 75). Delirat Heiberg (Wien. Stud. 1891, p. 70). Cf. Warnecke (Rhein. Mus. 74, 233).

INARCULUM. An errore Pauli pro 'in arculum'? Cf. supra (15, 6), ubi gl. Abol. testatur masc 'arculus' Neutr. arculum est in codd. Serv. auct. Aen. 4, 137: Arculum vero est virga ex malo Punica incurvata quae fit quasi corona et ima summaque inter se alligatur vinculo laneo albo; quam in sacrificiis certis regina in capite habebat, flaminica autem Dialis omni sacrifice uti debebat.

INIUGES. Cf. supra, s. v. Iuges (92, 22 eiusdem iugi pares; unde et coniuges et seiuges). Quanta (vel quantilla) Fulgentio fides sit danda non liquet (Serm. Ant. 10): Manilius Cres-
tus in libro quem de deorum hymnis scribit ait Minervae iniuges boves sacrificari, id est iugum numquam ferentes, illa videlicet causa quod et virginitas iugum nesciat maritale et virtus numquam sit iugo prementis subiecta.

INSANUM. Vox Plautinissima.

IRCEI. Cf. supra, s. v. Irceus (93, 10 genus farciminis).

INCALATIVAE. Cf. supra, s. v. Incalationes (95, 16 invocationes); infra, s. v. Incalanto (invocanto).

INDIGITANTO. Cf. supra, s. v. Indigetes Di (94, 13). Cf. infra, ad Increpitan-
to.

INLICITUM. Cf. supra, s. v. (100, 11).

COLLICIAE. Cf. supra, s. v. Delicia (64, 8 est tignum... unde tegulae deliciares).

Indigitamenta incantamenta, vel<ut> 'indicia'.

Insignes appellantur boves qui in femine et in pede album habent, quasi insigniti.

Internecivum testamentum est propter quod dominus eius necatus est.

Increpita [n]to ferito. *Increpitare* clamare, maledicere.

Inbelliam belli inscientiam.

Iecunatum (?) victimarium.

Inori inores.

Incalanto invocanto.

Ingens dicitur augendi consuetudine, ut inclamare, invocare. Quia enim gens populi est magnitudo, ingentem per compositionem dicimus, quod significat valde magnum.

In pelle lanata nova nupta consedere solet vel propter morem vetustum quia antiquitus pellibus homines erant induti, vel quod testetur Ianificii officium se praestaturam viro.

II. EX GLOSSARIIS ET SCHOLIIS.

(Gloss. Philox. IA 26-27) *Ianitrix* : ἰανιτρούχος, *Ianitrices* : δύο ἀδελφῶν γυναῖκες σύννυμφοι.

(Gloss. Philox. IG 3) *Ignavatis* : ἀδρανισθέντων.

(Gloss. Philox. IN 98) *Inde loci* : τότε, ἔπειτα, ἀπὸ τόπου.

(Gloss. Abav. [= Philox.] IN 91) *Indisertus* : ἀρχαίως infans.

? (Gloss. Abol. IN 73) *Induperator* : impe-rator.

INDIGITAMENTA. Hinc Gloss. Philox. IN 108 *Indigitamenta* : ἱερατικὰ βιβλία. Festus igitur fere eadem scripserat atque Serv. Geo. 1, 21 : in *Indigitamentis*, id est in *Libris Pontificalibus*. Vide supra, ad *Inporcitor* (96, 3).

INTERNECIVUM. Ex Festo, credo, sed ex Festo male intellecto, Isidorus Etym. 10, 149 : *Internecida* est qui falsum testamentum fecit et ob id hominem occidit ; 5, 26, 17 *Internecivum* iudicium in eum dabatur qui falsum testamentum fecerat et ob id hominem occiderat.

INCREPITANTO. feriunto docti. Cf. supra, *Indigitanto* ; infra, *Incalanto*.

INCREPITARE. Cf. supra, s. v. (95, 6 arguere, conviciari). clam.] an inclamare (cf. Serv. Aen. 1, 738 : *Increpitans* inclamans, ut « aetatem increpitans seram », aut certe arguens, etc.) ?

INORI. In. minores *codd.* Hinc fortasse Gloss. Philox. IN 331a *Inos* : ἀπρόσωπος. Cita-vitne Festus Turpili versum quem Nonius (216, 6 ; s. v. *Ostrea*) citat (23) ?
in acta cooperta coge inoras ostreas.

INCALANTO. Cf. supra, s. v. *Incalativae* ; ad *Increpitanto*.

INGENS. augendi] cf. supra, s. v. In (96, 1 ; 97, 15).

IN PELLE LANATA. Hincine Gloss. Philox. PE 46 *Pellis lanata* : μὴλωτή, ἀρνάκις ? Cf. Serv. auct. Aen. 4, 374 de nuptiis flaminis ac flaminicae : *Sellas duas iugatas ovilla pelle superiniecta* poni eius ovis quae hostia fuisset. || antiquitus] Cf. infra, s. v. *Pellem* (225, 15 habere Hercules fingitur ut homines cultus antiqui admoneantur).

IANITRICES. Festus multus est in his cognationis nominibus. Ex Festo, ni fallor, Isid. Etym. 9, 7, 17 : *Duorum inter se fratrum uxores ianetrices vocantur*, quasi eandem ianuam terentes (ten- ?) vel per eandem ianuam iter habentes.

IGNAVATIS. Pertinetne ad G capitulum (cum IG 2 *Ignarures* : ἀγνοοῦντες) ?

INDISERTUS. Cf. supra, s. v. *Disertus* (64, 1).

INDU. Cf. supra, s. v. *Endoriguom* (in parte ii E-capituli).

INDUPERATOR. Potest esse nil nisi glossa super vocem *induperator* in versu a Festo citato scripta.

(Gloss. Philox. IN 116-117) *Indu* : εἰς, ἐνδον, ἐντὸς.

(Gloss. Abav. IN 157) *Ingruit* : eum turba venit et impetu ; tractum est autem hoc a gruibus quae simul volant ; inde *congruere* convenire est.

(Gloss. Philox. IN 2) *Inunt* : πορεύονται.

(Gloss. Abol. IN 229) *Involare* : in volam, id est in manum, includere.

(Gloss. Philox. IO 10) *Ípsipse* (?) : αὐτός.

(Gloss. Abav. [=Philox.] IP 1 *Ípsus* : ἀρχαῖος ipse.

(Gloss. Abol. IU 18) *Iumentum* : a iuvando dictum.

L

I. Ex PAULO DIACONO.

Lucetium Iovem appellabant quod eum lucis esse causam credebant (?).

Lemnisci, id est fasciolae coloriae dependentes ex coronis, propterea dicuntur quod antiquissimum fuit genus coronarum lanearum.

Lectus dictus vel a collectis foliis ad cubitandum, vel quod fatigatos ad se alluciat, vel a Graeco λέκτρον.

Lapidem silicem tenebant iuraturi per Iovem haec verba dicentes : Si sciens fallo, tum me Dispiter salva urbe arcque bonis eiciat ut ego hunc lapidem.

Lepista genus vasis aquarii.

INGRUIT. Cf. supra. s. v. Congruere (35,12 dictum est a gruibus qui non fere segregantur, sive eum volant sive eum pascuntur) ; s. v. Gruere (86, 12 unde tractum est congruere, hoc est convenire, quia id genus volucrum minime solivagum est).

INUNT. Cf. infra, s. v. Nequinunt (160,8).

INVOLARE. Pertinetne ad U capitulum, s. v. Volae Vestigium (510,4)? Cf. Gloss. Philox. IN 737 Involat : κατακλέπτει.

IPSIPSE Iosipse cod.

IUMENTUM. Melius Varro L. L. 5, 135 ; Iugum et iumentum ab iunctu.

LUCETIUM. Luceri- Gloss. Philox. LU4 (Lucerius : Ζεύς) : Lucesi- Carm. Sal. ap. Ter. Scaur. 28, 11 K (? cume tonas, Leucesie, prai ted tremonti). Sed Luceti- confirmant Gell. 5, 12, 6 (Diovis dictus est et Lucetius... Lucetium autem Iovem Cn. Naevius in libris Belli Poenici appellat) ; Serv. Aen. 9, 570 (Lucetium : solum hoc nomen est quod dictum a Vergilio in nullo alio reperitur auctore ; sane lingua Osca Lucetius est Iuppiter, dictus a luce quam praestare hominibus dicitur) ; Macrob. 1, 15, 14 (cum Iovem accipiamus lucis auctorem, unde et Lucetium Salii in carminibus canunt et Cretenses Δία τὴν ἡμέραν vocant, ipsi quoque Romani Diespitrem appellant ut dei patrem).

Ab hoc lemmate etiam Festum omnis causa (cf. ad M- capituli initium) incepissee crede.

LEMNISCI. loreae docti. Sed vide Thes. Ling. Lat. s. v. || lan.] Cf. Serv. Aen. 8, 128.

LECTUS. Cf. Varr. L. L. 5, 166 : Super lectulis origines quas adverti hae : lectica, quod legebant unde eam facerent stramenta atque herbam, ut etiam nunc fit in castris... nisi ab eo quod Graeci antiqui dicebant λέκτρον lectum potius.

LAPIDEM SILICEM. Cf. supra, s. v. Feretrius (81, 18). Cf. Tyrrell-Purser ad Cic. Fam. 7, 12, 2.

LEPISTA. Hinc Gloss. Philox. LE 31 Lepista : εἶδος χύτρας. Cf. Varr. Vit. Pop. Rom. I (ap. Non. 547, 20) : Lepistae etiam nunc Sabinorum fanis pauperioribus plerisque aut fictiles sunt aut aeneae. Non ad Festum sed ad scholium Vergilianum redit gl. Ansil. LE 198 (Lepistam : vas vinarium antiqui ita nuncupabant) quae pars est longioris glossae Ansil. (SI 502, Sinus).

Legio Samnit< i>um linteata appellata est quod Samnites intrantes singuli ad aram velis linteis circumdatam non cessuros se Romano militi iuraverant.

Lenones ab alliciendo adulescentulos appellati.

Letum ab oblivione, quam Graeci λήθην vocant, dictum.

Lemonia tribus a pago Lemonio appellata qui est a porta Capena via Latina.

Levir est uxori meae frater meus.

Leria (?) ornamenta tunicarum aurea.

Lesbium genus vasis caelati a Lesbis inventum.

Legimus aut scriptum aut oleam glandemve et alia quaedam; et addita praepositione dicimus colligimus, deligimus.

Lectosia (Leucasia) insula dicta a consobrino Aeneae ibidem sepulta.

Lictores dicuntur quod fasces virgarum ligatos terunt; [h]i parentes magistratibus delinquentibus plagas ingerunt.

Liber repertor vini ideo sic appellatur quod vino nimio usi omnia libere loquantur.

Limis obliquus, id est transversus; unde et *limina*. *Limites* in agris nunc termini, nunc viae transversae. *Limitatus ager* est in centurias dimensus.

Librile scapus librae. *Librilia* appellabantur instrumenta bellica, saxa scilicet ad brachii crassitudinem, in modum flagellorum loris revincta.

Liberalia Liberi festa quae apud Graecos dicuntur Διονύσια. Naevius (com. 113) « libera lingua loquimur (-emur ?) ludis Liberalibus ».

Limaces coeleae, a limo appellatae. < *Plautus* (Cist. 405) :

non quasi nunc haec sunt hic limaces lividae.>

Litatum alii solum, deditum deo, quasi ' luitatum ' ; alii ex Graeco a precibus quas illi λιτάς dicunt.

Lixae qui exercitum secuntur quaestus gratia dicti quod extra ordinem sint

LETUM. Cf. Varr. L. L. 7, 42 : Leto... quod Graecus dicit λήθη, id est oblivioni.

LESBIUM. Cf. Athen. 11, 71 (p. 486) : Λεσβιον, ποτηρίου είδος.

LECTOSIA. Leucasia *Dionys.* (Ant. Rom. 1, 53, 2).

LICTORES. Cf. Gell. 12, 3; unde discimus I-productam esse, lictor.

LIBER. Miraris hoc lemma a lemmate, quod infra est, Liberalia dissociatum.

LIMIS. Hausitne ex Festo Donatus Eun. 601 (Ego limis specto : limis, si nominativus est singularis, transversus significat; si septimus pluralis, deest oculis. Nam limis est, transversus; unde limen quoque dicitur quod ingredientibus exeuntibusque transversum est) ? Inde discimus ambas formas, limis et limus, in usu antiquo fuisse.

LIBERALIA. Cf. supra. s. v. Honorarios Ludos (91, 19 quos et Liberalia dicebant). Cf. Varr. L. L. 6, 14.

LIMACES. Hincine Gloss. Philox. LI 49 Limax : γυμνοχοχλίας ? Cf. Varr. L. L. 7, 64 : In Cistellaria (405) « non quasi », etc.; limax ab limo, quod ibi vivit. De glossis Plautinis ex hoc loco a Verrio collectis vide supra ad Diobolares Meretrices (65, 8). Vide ne ex Festo hauserit et aliquantum mutaverit Isidorus Etym. 12, 4, 7 : Limax vermis limi, dictus quod in limo vel de limo nascatur; unde et sordida semper et immunda habetur. Hispanice ' lima-za ', Francogallice ' limaçon '.

LITATUM. An qu. lut. ? Cf. Varr. Menipp. 100 : In quo ego, ut puto, quoniam est luere solvere, ' lutavi '.

LIXAE. Hinc Gloss. Corp. (= Abol.) L 217 Lixae : qui exercitum secuntur quaestus causa; Gloss. Abol. LI 16. || liceat] cf. infra, s. v. Lixabundus (104, 1). Quantum etymon

militiae eisque liceat quod libuerit. Alii eos a Licha appellatos dicunt quod et ille Herculem sit secutus. Quidam a ligurriendo quaestum.

Lingula per deminutionem linguae dicta ; alias a similitudine exsertae, ut in calceis ; alias insertae, id est intra dentes coercitae, ut in tibiis.

Libella deminutivum est a libra.

Lacit decipiendo inducit ; *lax* (?) etenim fraus est.

Littus appellatus quod litis sit testis ; est enim genus bucinæ incurvae, quo qui cecinerit dicitur *liticen*. Ennius (Ann. 530) « inde loci lituus sonitus effudit acutos ».

Liti[s] cecidisse dicitur qui eius rei de qua agebat causam amisit.

Lixabundus iter libere ac prolixe faciens <.. « lixabundus ambulat »..>

Licitati in mercando sive pugnando contententes. <Ennius (Ann. 64) :

pars ludicre saxa

iactant, inter se licitantur.>

Liquitur labitur, fluit <Plautus (Trin. 243) : ilico res foras labitur, liquitur.>

Lingulaca genus piscis, vel mulier argutatrix. <Plautus (Cas. 497-498) :

vin lingulacas ? Quid opust, quando uxor domi est ?

ea lingulaca est nobis, nam numquam tacet.>

« *Lance et licio* » dicebatur apud antiquos quia, qui furtum ibat quaerere in domo aliena, licio cinctus intrabat lancemque

(ex schol. Vergil. haustum) excepit (cum Nonio 62, 6 ; 48, 16) Gloss. Abstr. LI 51 Lixa aqua dicebant antiqui, unde et elixare dicitur et lixa militis. Quin etiam, si ex Festo certum sit hausisse Isidorum Etym. 20, 2, 22 (Lixa aqua dicitur ab eo quod sit soluta). via a lemmate Litatum ad lemma Lixae pateat.

LIBELLA. Vide ne Festus scripserit Lingula.. <vel ligula, detracta N littera, sicut libella, detracta R littera>. Cf. Varr. L. L. 5, 174 : Nummi denarii decuma libella, quod libram pondo as valebat et erat ex argento parva.

LACIT. Hinc Gloss. AA (=Abol.) Lacit : ilicit, inducit. Cf. supra, s. v. Adlicit (25, 14 perducit aliquem in rem dictum a verbo lacit, id est decipit. Hinc descendit illicere et oblectare, id est frustrantem inducere) ; infra, s. v. (104, 16 inducit in fraudem, etc.) Sed quam vocem secutum hoc verbum in LI- serie locum occupavit ?

LAX. Hausitne ex Festo Isidorus Etym. 10, 199 : Oblectator quasi cum lacte cum fraude, ut Terentius (Andr. 648) :

nisi me lactasses amantem ;

unde et oblectare dictum est ? Si hausit, suspicor Festum de eo quod est lac dixisse, et a Paulo male intellectum esse. Suspiciuntur alii, siqui velint, Isidorum non lacte sed lace scripsisse. Haud scio an Festum Isidori fontem fuisse indicet Gloss. Ansil. (=Abol.) LA 188 Lactare : circumvenire, fraude vocare ; Terentius « nisi », etc.

LITICEN. Hincine gl. corrupta AA (=Abol.) Liticines : lituo, <ut> cornicines cornu canentes ?

LITI. An lite is ?

LIXABUNDUS. Supplevi ex Gloss. Abol. LI 10 Lixabundus ambulat : qui voluntatis causa <ambulat> dicitur.

LICITATI. Supplevi ex Nonio (134, 11 s. v. Licitari : congregari pugnare), qui etiam citat Caecilium (68) :

quin machaera

licitari adversum ahenum coepisti sciens ?

LINGULACA. Hinc Gloss. Abba (=Abol.) Lingula <ca> : arguta, loquax. || mulier arg.] Noli credere. Abutitur ioco Plauti.

ante oculos tenebat propter matrum familiae aut virginum praesentiam.

Lautitia <m> epularum magnificentia <m> alii a lavatione dictam putant quia apud antiquos hae elegantiae, quae nunc sunt, non erant, et raro aliquis lavabat.

Laeva sinistra; quam Graeci ὀχλαίνω, unde tractum cognomen *Scaevola*. A *laeva laetrum* sinistrum et *laetrosum* sinistro <r> sum.

Lacuna, id est aquae collectio, a lacu derivatur; quam alii *lamam*, alii *lustram* (-um ?) dicunt.

Lacit inducit in fraudem; inde est *allicere* et *laccessere*, inde *lactat*, *illectat*, *oblectat*, *delectat*.

Laena vestimenti genus habitu duplicis; quidam appellatam existimant Tusce, quidam Graece quam χλαῖδα dicunt.

Lautumias ex Graeco, et maxime a Syracusanis qui λατομίας et appellant et habent ad instar carceris, ex quibus locis excisi sunt lapides ad extruendam urbem.

Laureati milites sequebantur currum triumphantis ut quasi purgati a caede humana intrarent Urbem: itaque eandem *laurum* omnibus suffitionibus adhiberi solitum erat, vel quod medicamento siccissima sit, vel quod omni tempore viret, ut similiter respublica floreat.

Laverniones fures antiqui dicebant quod sub tutela deae *Lavernae* essent, in cuius luco obscuro abditoque solitos furta

LAUTITIA. Sed cf. supra, s. v. *Dacrimas* (60, 6 *dautia*, quae *lautia* dicimus).

LAETRUM. Hinc Gloss. Philox. LA 16 *Laetrum*: ἀρτεστέρον (unde male Gloss. Ἀλαῖν. LA 69 *Laetrus*: laevus).

LAMAM. Plural. Festus? Hinc enim Gloss. Philox. LA 35 *Lamae*: πηλώδεις τόποι.

LUSTRAM. Femin. etiam Plaut. Cas. 242: ubi in lustra iacuisti?

Sed cf. infra, s. v. *Lustra*. (107, 12 significat lacunas lutas quae sunt in silvis aprorum cubilia; qua similitudine hi qui in locis abditis et sordidis ventri et desidia operam dant dicuntur in lustris vitam agere).

LACIT. Cf. supra, s. v. (103, 25).

LAENA. Hinc Gloss. Abol. LE1 (*Laena*? toga duplex, vestis regia)? Incertae originis est longa gl. Ansil. (LA 211 *Laena*: amictus rotundus duplex, ut Iulius Suavis; Suetonius vero ait toga qua infibulati flamines sacrificant; huius vestis inventor Laenas appellatus est). Si Glossarii Abstr. est, redit ad schol. Aen. 4, 262 (cf. Serv. auct. ad loc.). Sed etiam sic potest scholiasta (Donatus?) a Festo hausisse, qui in recensendo Verrio Suetonium de Vestibus adhibuit (cf. part. ii, s. v. *Limbus*). Illud 'Iulius Suavis' vult Lehmann (Philol. 83, 201) in 'Iunilius ait' corrigere.

LAUTUMIAS. Ad Schol. Vergil. (Aen. 3, 500) redit gl. Abstr. LA 11: (*Lautumiae*: carceres apud Syracusas ubi est mons excavatus) et fortasse LA 43 (*Lautumia*: custodia vel catenae). Isidori fons (Etym. 5, 27, 23) Festus esse potest. Sed dicit mire: Est et latomia suppelioi genus ad verberandum aptum, inventum a Tarquinio Superbo ad poenam sceleratorum; iste enim prior latomias, tormenta, fustes, metalla atque exilia adinvenit et ipse prior regibus (-gum?) exilium meruit. Cf. Gloss. Abol. LA 30. De *lautumia* Romana cf. Varr. L. L. 5, 151: Quod Syracusis ubi de causa custodiuntur vocantur latomiae, inde *lautumia* translatus, quod hic quoque in eo loco lapidicinae fuerunt.

LAVERNIONES. Aliud derivativum videtur servare Gloss. Abstr. (ex schol. Vergil.?) LA 42 *Laverni*: a: ferramenta latronum. Ne mireris gl. Philox. LA 101 (*Laverna*: Πραξιδική), agnosce stultam interpretationem ad Hor. Epist. 1, 16, 60 adscriptam.

praedamque inter se luere. Hinc et *Lavernalis porta* vocata est.

Lacerare dividere, comminuere est; ex quo dictus est *lanius*, qui disci<n>-dendo lacerat pecora; *lacinia*, quod pars vestimenti est; *lacerna*, quod minus capitis est; *lacer*, quod auribus curtatis est, et lacerum, quodcumque est in corpore inminutum.

(Gloss. Abol. LA 16) *Laciniosum*: pannosum. *Laceratum*: quod vulgo laciniosum dicunt.

Laudare apud antiquos ponebatur pro nominare.

Lauticia farina appellabatur ex tritico aqua consperso.

Lautulae locus extra Urbem, quo loco, quia aqua fluebat, lavandi usum exercebant.

Lactaria columna in foro olitorio dicta quod ibi infantes lacte alendos deferebant.

Laccobrigae nomen compositum a lacu et Arcobriga Hispaniae oppido.

(Gloss. Fest.) Lactobriga (-cco-) est qui urina humana dentes sibi fricare solet.

Lancea a Graeco dicta, quam illi λόγχην vocant.

Lanoculus qui lana tegit oculi vitium.

Lamberat scindit ac laniat. <Lucilius (585): iucundasque puer qui lamberat ore placentas>.

Laverum (?) vestimenti genus ex lana sucida confectum.

Lapit dolore afficit. <Pacuvius (276): lapit cor cura, ærumna corpus conficit.>

Lapidicinae ubi exciduntur lapides.

LACERARE. Vide supra, s. v. Dilaniare (64, 21).

LANIUS. Cf. supra, s. v. Dilaniare (qui pecus discindit).

LACER. Hinc, nī fallor, Gloss. AA (= Abol.) Lacer: curtatis auribus.

LAUDARE. Cf. supra, s. v. Elaudare (66. 24 plus quam nominare). Cf. ps. -Plac. Laudare: nominare vel referre; Non. 335, 15, qui citat Plaut. Capt. 426:

id ut scias, Iovem supremum testem laudo, Hegio,

et eo refert Vergilianum illud (Geo. 3, 5) « in laudati Busiridis ».

LAUTULAE. Urb.] scil. antiquam. Cf. Varr. L. L. 5, 156: Lautolae ab lavando, quod ibi ad Ianum geminum aquae caldae fuerunt; ab his palus fuit in minore Velabro; Serv. auct. Aen. 8, 361 (lautis mugire Carinis): Alii quod Romani Sabinis instantibus fugientes eruptione aquae ferventis et ipsi liberati et hostes ab insequendo repressi sint; aut quia calida aqua lavandis vulneribus apta fuit, locus Lautulus (-lae ?) appellatus est.

LACCOBRIGAE. -cco-] Cf. Holder (Altcelt. Sprachsch. 2, 116). Addidi gl. Festinam (et Lucilianam ?) ex Gloss. Vat. lat. 1469. Nempe Catullus (39, 17) iteravit quae olim Lucilius dixerat.

LANCEA. Si Varronis quoque sententiam addidit Festus, vides viam ex lemmate Laccobrigae. Nam Varro Rer. Div. XIV (ap. Gell. 15, 30, 7) lanceam dixit Hispanicum verbum esse, petorritum autem Gallicum. Sane petorritum quoque tractat Festus infra, s. v. (226, 30).

LANOCULUS. Vox Luciliana ?

LAMBERAT. Immo idem quod lambit (cf. Class. Quart. 14, 50). Nonnisi ex hoc versu Luciliano potuit falsa interpretatio oriri. Priscian. II p. 506 24 K. videtur verbi lambi plusquam perfect. temp. in hoc versu agnoscere, sed verbum lambere adhibet Plautus Pseud. 743. Ex Festo nimirum Gloss. AA (= Abol.) Lamberat: cruciat.

LAPIT. Hinc Gloss. Abba (= Abol.) Lapit: cruciat, sollicitat, dolet. Exemplum Nonii (23, 7) addidi, unicum esse suspicatus. Quin etiam ausim monere Festum potuisse id verbum ad dolorem lapidinarum referre.

LAPIDICINAE. forma legitima.

Latex a lapsu, profluens aqua dicitur ; utimur tamen hoc vocabulo et in vino.

Latine loqui a Latio dictum est ; quae locutio adeo est versa ut vix ulla eius pars maneat in notitia.

Latrones antiqui eos dicebant qui conducti militabant, ἀπὸ τῆς λατρείας. At nunc viarum obsessores dicuntur, quod a latere adoriuntur, vel quod latenter insidiantur.

Larentalia coniugis Faustuli, nutricis Remi et Romuli, Larentiae festa.

Locupletes locorum multorum domini.

(Isid.) *Locuples* quasi locis plenus et

possessionum plurimarum possessor, quemadmodum docet Tullius de Republica in libro secundo (16) « Multaque editione ovium et boum, quod tunc erat res in pecore et in locorum possessionibus ; ex quo pecuniosi et locupletes vocabantur ».

Locatum positum.

Larvati furiosi et mente moti, quasi Larvis exterriti.

Lotos arboris genus ex cuius materia frequenter tibiae fiebant, cuius bacis quondam pastus *Lotophagi* sunt dicti.

Lucaris pecunia quae in luco erat data.

LATEX, a lapsu! Sanius Serv. (et Serv. auct.) Aen. 1, 686 (latex proprie aqua est fontium, ab eo quod intra terrae venas lateat, sed et vinum latet intra uvam, unde nunc dicit laticem), unde Isid. Etym. 13, 20, 4 et Gloss. Abstr. LA 34-36. Sed et a Festo sanius etymon hic esse adiectum potest, siquidem ad Festum redit Gloss. Philox. LA 84 Latex : βότρυς, νῆμα. Plana igitur via est inter tria lemmata Latex, Latine (immo Latium, quia ibi latuit Saturnus), Latrones.

LATINE. Festi ipsa verba ex Pauli verbis vix dispici possunt.

LATRONES. Paulo aliter Varro L. L. 7, 52: In Cornicula « qui regi latrocinatus annos decem Demetrio » ; latrones dicti ab latere qui circum latera erant regi atque ad latera habebant ferrum, quos postea a stipatione stipatores appellarunt, et qui conducebantur : ea enim merces Graece dicitur λάρπον ; ab eo veteres poetae nonnumquam milites appellant latrones... <latrones> quod item ut milites sunt cum ferro, aut quod latent ad insidias faciendas. Sed et Festus alibi (s. v. Stipatores, 412, 30) dicit stipatores, corporis custodes, ab antiquis latrones vocatos. Et fortasse quid Festus hic scripserit a scholio Serv. auct. Aen. 12, 7 colligi potest, ubi citantur Plaut. Mil. 75 :

nam rex Seleucus me opere oravit maxumo

ut sibi latrones cogerem et conscriberem

et Bacch. frag. 7. Cf. Isid. Etym. 10, 159 : Latro insessor est viarum a latendo dictus ; Aelius autem « latro est » inquit « , latero ' a latere, insidiator viae ».

LARENTALIA. Cf. Varr. L. L. 6, 23 ; Fast. Praenest. (Dec. 23) ; C. I. L. I², p. 338.

LOCUPLETES. Hinc Gloss. Abol. LO 4 Locuples : multa loca possidens. Hinc Gloss. Philox. LO 10 Locuples : εὐπορος, πλούσιος, πολυκτήμων ? Hinc Gloss. Ansil. (= Abol.) LO 55 Locuples : locis plenus, id est possessionibus ? Hinc certe Isid. Etym. 10 155. Cf. Nigidius Commentar. XXIX (ap. Gell. 10, 5) : Locuples, qui pleraque loca teneat

LOCATUM. Scripsitne tam trita Festus ? An potius ut puta <Loculus in quo aliquid est> lo., po. ?

LARVATI. An post Larentalia transponend. ?

LOTOS. Vix audeo Festo imputare Glossarii Abav. stultitiam (LE 24-25) Lethe : obliviones, Lethofagi : oblivia edentes.

LUCARIS PECUNIA. Cf. infra, s. v. Pecunia (300, 25). Ex schol. Vergil. hausit Gloss. Abstr. LU 11 ; 9 Lucar : vectigal, erogatio quae solebat in lucis fieri.

Lucaria festa in luco celebrant Romani qui permagnus inter viam Salariam et Tiberim fuit pro eo quod victi a Gallis fugientes e proelio ibi se occultaverint. *Lucar* appellatur aes quod ex lucis cap-tatur.

Lucereses et Luceres, quae pars tertia populi Romani est distributa a Tatio et Romulo, appellati sunt a Lucero, Ardeae rege, qui auxilio fuit Romulo adversus Ta-tium bellanti.

Lucani appellati dicuntur quod eorum regio sita est ad partem stellae Luci-ferae (-ri ?); vel quod loca cretosa sint, id est multae lucis; vel a Lucilio duce; vel quod primitus in luco conse-derint.

Lucem facere dicuntur Saturno sacrificantes, id est capita detegere.

Lucius praenomen est eius qui primum fuit, quia oriente luce natus est.

Lycii Apollinis oraculum in Lycia maximae claritatis fuit ob luporum interfectionem; λύκος enim lupus est.

Luxa membra e suis locis mota et soluta; a quo *luxuriosus* in re familiari solutus.

Lucuntem genus operis pistorii.

Lucretilis mons in Sabinis.

Lucomones quidam homines ob insaniam dicti quod loca ad quae venissent infesta facerent.

Lucomedi a duce suo Lucomo (?) dicti, qui postea *Lucereses* sunt appellati.

LUCAR. Hincine corrupta gl. Philox. LU 3 Lucar : θεατρικῶν τελῶν (?) μισθὸς ἀπὸ φ(σ)κου ?

LUCERES. Coniunge cum Titiensis Tribus (503, 19). Aliter Varro L. L. 5, 55 : Ager Romanus primum divisus in partis tris, a quo tribus appellata Titiensium, Ramnium, Luce-rum; nominatae, ut ait Ennius, Titienses ab Tatio, Ramnenses ab Romulo, Luceres, ut Iunius, ab Lucumone; sed omnia haec vocabula Tusca, ut Volnius qui tragoedias Tuscas scripsit dicebat. Sed cf. infra, s. v. Lucomedi (107, 3 a duce suo Lucomo dicti, qui postea Lucereses sunt appellati).

LUCANI. Luciferae] Confirmatne Gloss. Philox. LU 6-7 Lucifer : Φωσφόρος, Luci-fera : Ἐκάρη ?

Lucilio] Lucio Plin. (N. H. 3, 71 Lucani Samnitibus orti duce Lucio).

LUCEM FACERE. Cf. infra, s. v. Saturnia (432, 1); s. v. Saturno Sacrificium (462, 29 fit capite aperto, etc.).

LUCIUS primum] an primo mane ? Cf. infra, s. v. Manius (135, 26 praenomen dictum est ab eo quod mane quis initio natus sit, ut Lucius qui luce). Cf. Varr. L. L. 9, 60 : Qui mane natus disceretur, ut is Manius esset; qui luci, Lucius; qui post patris mortem, Postumus). Cf. infra, s. v. Postumus (274, 14 cognominatur post patris mortem natus). Cf. Lib. de Praen. 5 : Lucii coeperunt adpellari qui ipso initio lucis orti erant aut, ut quidam arbitrantur, a Lucumonibus Etruscis.

LYCIUS APOLLO. Plena manu aspergit etymologiam Serv. auct. Aen. 4, 77. Quot scriptiores, tot etyma !

LUXA. Hinc Isid. Etym. 10, 160 : Luxuriosus quasi solutus in voluptate; unde et membra loco mota luxa dicuntur.

LUCUNTEM. Cf. Arch. Lat. Lex. 11, 332.

LUCOMONES. Res obscura. Philologusne temerarius lucumones, Etruscae reges (Serv. Aen. 2, 278), ad λυκανθρώπους rettulerat nominique etymon bilingue dederat, λύκος et homo ?

LUCOMEDII. Cf. supra, s. v. Lucereses et Luceres (106, 14 appellati sunt a Lucero, Ardeae rege). Cf. Varr. ap. Serv. Aen. 5, 560 : Varro tamen dicit Romulum dimican-

Luculentus a luce appellatus.

Lues est diluens usque ad nihil, tractum a Graeco λύειν. Hinc dictum *lutum* terra humore soluta, et *lustratio* qua quid solvitur ac liberatur. Hinc et λύτρα, ἀπὸ τῆς λύσεως, id est solutione auri. Λίτρα enim libra est.

Luctus et *lugere* a Graeco trahuntur, λυπεῖν vel ἀλύσσειν.

Longitrosus (?) sic dicitur sicut dextro<r>-sus, sinistro<r>-sus.

Lustra significat lacunas lutas quae sunt in silvis aprorum cubilia. Qua similitudine [h]i qui in locis abditis et sordidis ventri et desidiæ operam dant dicuntur in lustris vitam agere. Et cum eiusdem vocabuli prima syllaba producitur signi-

ficat nunc tempus quinquennale, nunc populi lustrationem.

Lymphæ dictæ sunt a nymphis. Vulgo autem memoriae proditum est quicunque speciem quandam e fonte, id est effigiem nymphæ, viderint furendi non fecisse finem; quos Graeci νυμφολήπτους vocant, Latini *lymphaticos* appellant.

Luxantur a luxu dictum, id est luxuriantur <Plautus (Poen. 1107) :

luxantur, lustrantur, comedunt quod habent.>

Luma genus herbae vel potius spinæ.

Lumbago vitium et debilitas lumborum.

Luscitio vitium oculorum quod clarius vesperi quam meridie cernit.

tem contra Titum Tatium a Lucumonibus, hoc est Tuscis, auxilia postulasse, etc. Cf. infra, s. v. Tuscum Vicum (486, 12)

LUES Hincine Gloss. Abol. LU 31 Luerunt : absolverunt, ἀπὸ τοῦ λύειν ?

LONGITROSUS. Extra ordinem est. Cur ?

LUSTRA. Hinc Gloss. Abol. LU 6-7 Lustrum : quinquenni tempus aut lumen, Lustra : cubilia aprorum in silvis. Aliter Varr. L. L. 6, 11 : Lustrum nominatum tempus quinquennale a luendo, id est solvendo, quod quinto quoque anno vectigalia et ultro tributa per censores solvebantur. Cf. Otto (Rhein. Mus. 71, 17).

LYMPHAE. Hincine Gloss. Philox. LU 34 Lymphatici : ἐνθουσιαζόμενοι ? Cf. Varr. L. L. 7, 87 : Apud Pacuium. (422) :

flexanima tamquam lymphata aut Bacchi sacris commota ;

lymphata dicta a lymphæ ; lymphæ a nymphæ. in Graecia commota menta quos νυμφολήπτους appellant ab eo lymphatos dixerunt nostri.

LUMA. Hinc nimirum Gloss. Philox. LU 29 Luma : βοτάνη ὁμοία ἡδυόσμῳ ἣν τινες ποταμογείτονα καλοῦσιν, ἄλλοι καλαμίνθη. Sed quae verba Festi sunt Graece reddita ? Cf. Varr. L. L. 5, 137 : Falces lumariae sunt quibus secant lumecta, id est cum in agris serpunt spinæ ; quas quod ab terra agricolæ solvunt, id est luunt, lumecta. Cf. Buecheler (Arch. Lat. Lexik. 1, 110).

LUSCITIO. Addidi ex Gloss. Abol. (Ansil. LU 381-382 ; Abol. LU 10). Ex Festo etiam nimirum Isidorus (Etym. 10, 163 Luscus quod lucem ex parte sciat, sicut luscitiosus qui vesperi nihil videt), qui tamen etymologiam ipse adiecit potest, sicut etiam adiecit e Schol. Vergil. (Aen. 8, 649) : Luscus Coclites dixerunt antiqui, unde et Cyclopas Coclites legimus dictos quod unum oculum habuisse perhibentur. Varietatem sententiarum habemus, infra, s. v. Nuscitiosum (176... qui propter oculorum vitium parum videret... Nuscitiones esse caecitudines nocturnas... Ael. Stilo, qui plus videret vesperi quam meridie, nec cognosceret nisi quod usque ad oculos admovisset). Eandem sententiarum varietatem vide ne Festus hic exhibuerit. Et vide ne Festus hic citaverit Plaut. Mil. 323 :

caecu's, non luscitiosu's,

et ad lemma sequens. servum Lurcionem in eadem Plauti fabula.

(Gloss.) *Luscitosus* : qui vespertino aut parum aut nihil videt. *Luscus* : minus videns.

Lura os cullei vel etiam utris ; unde *lurcones* capacis gulae homines et bonorum suorum consumptores.

Lustrici dies infantium appellantur puellarum octavus, puerorum nonus, quia his lustrantur atque eis nomina inponuntur.

Luridi supra modum pallidi.

Lyrnesiades ab oppido Phrygiae Lyrneso dioti.

Loebesum et *loebertatem* antiqui dicebant Liberum et libertatem ; ita Graeci λαιβήν et λαιβεῖν.

Lycophos (λυκόφως ?) Graeci dicunt quod nos primum tempus lucis ; dictum autem *lycophos* (λυκόφως ?) quasi λευκὸν φῶς, id est lumen candidum.

Libertatis templum in Aventino fuerat constructum.

Lingua non solum pars corporis dicitur sed etiam differentia sermonum ; promuntorii quoque genus non excellentis, sed molliter in planum devexi.

Libycus campus in agro Argeo appellatus quod eo primum fruges ex Libya allatae sunt. Quam ob causam etiam Ceres ab Argeis *Libyssa* vocata est.

Lepareses Liparitani cives, id est Liparenses.

Labes macula in vestimento dicitur, et deinde μεταφορικῶς transfertur in homines vituperatione dignos.

Latrare Ennius pro poscere posuit (? Ann. 584) :

< *animus cum pectore latrat* >

Latitaverunt Cato posuit pro saepe tulerunt.

Liberales dicuntur non solum benigni, sed etiam ingenuae formae homines.

Liberata ponebant pro effata, hoc est locuta.

LURCONES. Hincine Gloss. Aff. (= Abol.) Lurcones : avidi devoratores ?

LUSTRICI DIES. Cf. Macrob. 1, 16, 35 : Est etiam Nundina Romanorum dea a nono die nascentium nuncupata, quia lustricus dicitur ; est autem lustricus dies quo infantes lustrantur et nomen accipiunt, sed is maribus nonus, octavus est feminis.

LYRNESIADES. An Lucilius memoraverat Briseida Lyrnesiada ?

LOEBESUM. Cf. ps. -Plac. Libas[s] ius : Liber pater.

LIBERTATIS TEMPLUM. Ante Lycophos transponend. ? Cf. Liv. 24, 16.

LINGUA. prom.] sicine ab Ennio usurpata ?

LIBYCUS CAMPUS. Ab Ennio memoratus ?

LEPARESES. Voxne Enniana ?

LABES. Citavitne Festus Ennium, puta Ann. 279 ?

certare abnueo ; metuo legionibus labem.

LATRARE. Ennium imitatus est Lucretius (2, 17) :

nil aliud sibi naturam latrare.

LATITAVERUNT. Ut Plautus (Truc. 167) audititavi (Class. Quart. 7, 5).

LIBERALES. v. g. Plaut. Mil. 64 :

ergo mecastor pulcher est, inquit mihi,

et liberalis.

LIBERATA. pro eff.] Liberata et effata (cf. Varro L. L. 6, 53) notissimae sunt augurum voces, v. g. Serv. auct. Aen. 1, 446 : Antiqui enim aedes sacras ita templa faciebant ut prius per augures locus liberaretur effareturque, tum demum a pontificibus consecraretur. || hoc est loc. *seponunt docti*. Sed cf. Serv. auct. Aen. 3, 463 (effatus amico est) : Effatus ergo verbo augurali usus est.. effatio dicta est pro locutione. Et supra, 70, 15, s. v. Effata (elocuta).

Lacus Lucrinus in vectigalibus publicis primus locatur eruendus ominis boni gratia, ut in dilectu censuve primi nominantur *Valerius, Salvius, Statorius*.

Lanae effigies Compitalibus noctu dabantur in compita quod *Lares*, quorum is erat dies festus, animae [putabantur esse] hominum redactae in numerum deorum.

II. EX GLOSSARIIS ET SCHOLIIS.

(Gloss. AA) *Lani coqui piscatores fartores* (Ter. Eun. 256) : hi sunt cuppedinarii quos et farsores dicimus qui pallia (altilia ?) fa<r>ciunt ut in meliore<m> usu<m> sagina pinguescant.

(Gloss. Philox. LA 66) *Larunda* : δαίμωνων μῆτηρ.

(Gloss. Philox. LE9) *Legi[s]crepa* : νομοδίασας.

(Gloss. Philox. LE 28) *Lentio* (?) : ἐν τοῖς πένθεσιν ὀρχούμενος.

? (Gloss. Philox. LI 36) *Licinus* : ἀνάθριξ.

(Gloss. Abol. LI 21) *Limbus* : fasciola quaedam assuta extrinsecus vel extrema pars inauratae (-ta ?) vestis ; sed, ut Suetonius dicit, ornamentum capitis significat.

(Gloss. Philox. LI 82) *Lista* : ἡ ἐπὶ τοῦ δρόμου καμπὴ ᾿γραμμῇ.

M

I. EX PAULO, FESTI APOGRAPHO, FESTI CODICE.

Magnos ludos Romanos ludos appellabant, quos in honorem Iovis [quem principem deorum putabant] faciebant

Meltom (?) meliorem dicebant.

Matrem Matutam antiqui ob bonitatem

LACUS LUCRINUS. Cf. Unger (Rhein. Mus. 36, 56).

LANEAE. Cf. infra, s. v. Pilae (272,15 effigies viriles et muliebres ex lana Compitalibus in comitis suspenduntur).

LEGICREPA. soil. ' qui leges crepat ', ut legerupa (Plaut. Rud. 652) ' qui leges rumpit '. Cf. Plaut. frag. ino. 41 (=Mil. 653 a ?) :

neque ego ad mensam publicas res clamo neque leges crepo.

LICINUS. In usu erat ' relicinus '. De cornibus sursum versum reflexis boum licinorum cf. Serv. auct. Geo. 3, 55.

LIMBUS. Unde nisi ex Festo potuit haec gl. Abol. emanare ? Longior enim est marginalibus in Apuleio, Terentio, Vergilio adnotationibus. Verrianae materiae Festum addididisse cur negemus ? Vide supra, s. v. Laena.

LISTA. Cf. Laistner (Bulletin Du Cange 2, 40).

M. In hoc capitulo Pauli epitomam solam habemus usque ad lemma Manubiae (114,5), ubi Festi apographum intervenit. Denique in lemmate Mutae Litterae (136, 22) codex ipse Festi praesto esse incipit.

MAGNOS LUDOS. Cf. infra, s. v. Romani Ludi (318, 8). Scilicet ominis causa ab Iove principium cepit Festus (cf. ad L- caputuli initium).

MELTOM. Quid huic lemmati negotii hoc loco ? Ratio appareat si in carmine (puta) Saliari Iupiter ita vocatus fuisset ut in eodem carmine fortasse Ianus (ap. Varr. L. L. 7, 26) : Melios eum recurn. Scripseratne Festus Melios <id est> melior dictus est, etc. ? Sic quoque via patet ad lemma quod sequitur. Cf. infra, s. v. Manuos (132,3 in carminibus Saliaribus Aelius Stilo significare ait bonos).

MATUTAM. Cf. infra, s. v. (154, 9 manis, mane, matrimonium, materfamilias, matertera, matricēs, materiae dictas videntur, ut ait Verrius, quia sint bona qualia scilicet sint

appellabant ; et *maturum* idoneum usui ; et *mane* principium diei ; et inferi di *Manes*, ut suppliciter appellati bono essent ; et in carmine Saliari *cerus manus* intellegitur creator bonus.

Minutum et *minuere* ex Graeco μειῶν dictum videri potest.

Minores et *maiores* inter cognomina feminarum poni solebant.

Minam Aelius vocitatum ait mammam alteram laete deficientem quasi minorem factam.

Minurritiones appellantur avium minorum cantus.

Minyae dicti Argonautae quod plerique eorum ex filiis Minuae fuerant orti.

Minucia porta Romae est dicta ab are Minuci [quem deum putabant].

Minorem Delum Puteolos esse dixerunt quod Delos aliquando maximum empo-

rium fuerit totius orbis terrarum ; cui successit postea Puteolanum, quod municipium Graecum antea Δικαιαρχία vocitatum est. Unde Ludilius (123) « inde Dicearchitum populos Delumque minorem ».

Milem Aelius a mollitia κατ' ἀντίρροπον dictum putat eo quod nihil molle, sed potius asperum quid gerat ; sic *ludum* dicimus in quo minime luditur.

Minerrimus pro minimo dixerunt.

Miniscitur pro reminiscitur antiquitus dicebatur.

Minerva dicta quod bene moneat ; [hanc enim Pagani pro sapientia ponebant ;] Cornificius vero quod fingatur pingaturque minitans armis eandem dictam putat.

Minime gentium dicebant pro eo quod est omnium gentium iudicio minime esse faciendum.

quae sunt matura ; vel (ego ?) potius a matre, quae est originis Graecae) ; s. v. *Mane* (112, 24 a dis Manibus dixerunt ; nam mana bona dicitur, unde et Mater Matuta et poma matura).

MANES. Cf. infra, (v. *Manuos* (132,3). Aliter infra, s. v. *Manes* Di (146, 21 quod i per omnia aetheria terrenaque manare credantur) ; s. v. *Manare* Solem (150, 7).

CERUS. Sic de Iano in carm. Saliar. (ap. Varr. L. L. 7, 26) : Duonus cerus es.

MINORES et *MAIORES*. Cf. C. I. L. XIV 3100 ; 3111 ; 3133 ; 3284 ; etc.

MINAM. Italice (Neapolitan.) 'menna'. Sic antiquitus mina dicebatur ovis, i. e. glabro ventre.

MINURRITIONES. Hincine Gloss. Cyrill. (= Philox.) *Minurritio* : μινυρισμός, Gloss. Philox. MI 27 *Minurrit* : μινυριζει ?

MINUCIA PORTA. Cf. infra, s. v. (131,23 quod proxima esset sacello Minucii).

ΔΙΚΑΙΑΡΧΙΑ. Cf. supra, s. v. *Dicearchia* (63, 15 quod ea civitas quondam iustissime regebatur), ubi monui Lucilium potuisse aut ind' Dicēar. aut inde Dicar. pronuntiare.

MILITEM. Aliter Varro L. L. 5, 89 : Milites quod trium milium primo legio fiebat ac singulae tribus Titienarium Ramnium Lucerum milia militum mittebant.

LUDUM. Cf. infra, s. v. *Scholae* (470, 16 ut etiam ludi appellantur in quibus minime luditur, ne tristi aliquo nomine fugiant pueri suo fungi munere).

MINERRIMUS. Corrupta est gl. Nom. (= Philox.) *Minerrimus* : minime loquens. Suspicor eam contaminatam esse ex μινυρισμός et *Minerrimus*.

MINISCITUR. Cf. infra, s. v. *Mentum* (112, 3 dicebant quod nos commentum). Cf. ps.—Plac. *Mentor* : inventor.

MINERVA. Cf. infra, s. v. *Promenervat* 222,23 (promonet).

MINIME GENTIUM. Citavitne Festus Plaut. Poen. 690 ?

te quaeritare a muschis. *Minime gentium*.

Milvina genus tibiae acutissimi soni.

Miracula (-as ?) [quae nunc digna admiratione dicimus] antiqui in rebus turpibus utebantur. <Plautus (Cist. 407) : diobolares schoeniculae, miraculae.> (Gloss.) *Miriones* : phantasiae miratores (miriores).

Mirior dicebant comparativum a *miro*. Titin[n]ius (161) : « mirior » inquit « tibi videor ».

Miscelliones appellantur qui non certae sunt sententiae, sed variorum mixtorumque iudiciorum sunt.

Misenum promuntorium a Miseno tubicine Aeneae ibi sepulto est appellatum.

Miseratur is qui conqueritur aliena incommoda ; *miseretur* is qui miserum sublevat. *Miseret me* eadem forma dicitur qua piget, paenitet, taedet.

Μετακλίδιον primae adolescentiae.

Metus *feminine* dicebant. Ennius (trag. 387) « vivam an moriar nulla in me est metus. »

Metari castra dicuntur quod metis deriguntur. <Ennius...>

Meddix apud Oscos nomen magistratus est. Ennius (Ann. 298) « summus ibi capitur meddix, occiditur alter ».

Meditrinalia dicta hac de causa. Mos erat Latinis populis quo die quis [primum] gustaret mustum dicere ominis gratia « vetus novum vinum bibo, veteri novo (nov. vet.) morbo medeor » ; a quibus verbis etiam *Meditrinae deae* nomen conceptum, eiusque sacra *Meditrinalia* dicta sunt.

Medioximum mediocre.

Medullitus ex intimis medullis.

MILVINA. Citavitne Festus Plaut. Men. 212 (miluinam scil. famem) vel etiam Pseud. 852 (nisi miluinis aut aquilinis unguis) ?

MIRACULA. Cf. Non. 521, 27 : Mira et miracula veteres pro monstribus vel horrendis ponebant ; Lucilius Satyrorum lib. I (14) « miracula ciet elephantas », etc.

MIRIONES. Ex Gloss. Ansil. (=Abol.) MI 191 supplavi. Sed quid scripserit Festus melius tibi finges auxilio Varronis L. L. 7, 64 : In Cistellaria... « diobolares » etc... miraculae a miris, id est monstribus ; a quo Accius ait « personas distortis oribus deformis miriones. » Cf. ps.-Plac. Mirionem : turpem ; veluti miriorem propter foeditatem. Ecce eandem doctrinam (ex glossographis in Cistellariae loco haustam) apud Varronem, Verrium, Nonium, ps.-Placidum ! Disiecta collige membra, habebis Absyrtum. Vide supra ad Diobolares Meretrices (65, 8).

MISCELLIONES. Voxne Plautina ?

MEIPAKIAION. Vocem derivativam usurpasse videtur Lucilius (187) :

lerodesque simul totum ac si miraciodes (ac summir. ?)

METUS. Vide supra ad Corium (53, 3) ; infra, s. v. Recto Fronte (364, 3 ait Ennius... « nulla metus »).

MEDDIX. Cf. infra, s. v. Sufes (404, 29 dicitur Poenorum magistratus, ut Oscorum meddix tuticus).

MEDITRINALIA. Cf. Varr. L. L. 6, 21 : Octobri mense Meditrinalia dies dictus a mendo, quod Flaccus flamen Martialis dicebat hoc die solitum vinum <novum> et vetus libari et degustari medicamenti causa : quod facere solent etiam nunc multi cum dicunt : novum vetus vinum bibo,

novo veteri [vino] morbo medeor.

MEDIOXIMUM. Cf. Varr. Men. 320 : Medioxume, ut quondam patres nostri loquebantur.

MEDULLITUS. Hinc Gloss. Cyrill. (=Philox.) Medullitus : μελλόθεν.

Meditullium dicitur non medium terrae, sed procul a mari; quasi 'medi-tellium' ab eo quod est tellus.

Mediterream melius quam mediterraneam Sisenna dici putat.

Medibile medicabile.

Merendam antiqui dicebant pro prandio, quod scilicet medio die caperetur. <...*Merendare* ?>

Mergae furculae quibus acervi frugum fiunt dictae a volucris *mergis* (-gulis ?) quia, ut illi se in aquam mergunt dum pisces persequuntur, sic messores eas in fruges demergunt ut elevare possint manipulos.

Mercurius a mercibus est dictus; hunc etenim negotiorum omnium [aestimabant] esse deum.

Merum antiqui dicebant solum, unde et avis *merula* nomen accepit quod solivaga est et solitaria pascitur; at nunc merum purum appellamus.

? (Gloss.) « mero animo » : simplici fide et sincera.

Medialem (?) appellabant hostiam atram quam meridie immolabant.

Mercedonios (?) dixerunt a mercedem solvendo. *Mercedituum* (?) mercennarium quod mercede se tueatur.

Mertat pro mersat dicebant.

MEDITULLIUM. Aliter Cic. Top. 36 : Servius noster.. putat.. in aeditum non plus inesse 'tumum' quam in meditullio 'tullium'. Quam explicationem (meditullium = medium) etiam Festus memoravit, siquidem hinc Gloss. Abol. ME 52; 1 Meditullium : medius locus, 'Meditellium' : medioterraneum. Ex scholio Vergil. nescioquo Gloss. Abstr. ME 4 Meditullium : in medio campi eminens locus. Stultitiam Placidi monachis gratam (Meditullium dicitur locus in quo aliqua meditantur sive ad docendum sive ad discendum) avide biberunt aliquot glossaria, v. g. Gloss. Amplon. II Meditullium : in quocumque applicaverit loco ante vesperum.

MEDITERREAM. Sisenna] Nimirum in historia sua inusitatam formam usurpaverat. Erat enim (secundum Cic. Brut. 259) emendator sermonis usitati.

MEDIBILE. ante *Mediterream* Paul.

MERENDAM. Cf. infra ad Scensas (456, 12 quae autem nunc prandia cenas habebant et pro cenis vespernas dicebant). Hincine Isid. Etym. 20, 2, 12 (Merendare quasi meridie edere); Gloss. Ansil. (= Abol.) ME 440 Merendare : gustare post (pro ?) prandium (-io ?) Cf. supra, s. v. Cyprio Bovi Merendam (51, 23).

MERGIS. Hinc, ni fallor, Gloss. Abol. ME 26 Merguli : aves marinae; Gloss. Monac. Mergi : corvi marini vel fustes ferrei quibus messes colliguntur. Cf. Varr. L. L. 5, 78 : Mergus quod mergendo in aquam captat escam. [manip.] cf. Serv. Geo. 2, 517 : Manipulos spicorum mergites dicimus.

MERUM. Gloss. Abol. ME 7 addidi, sed dubitanter. [solum] Nonius (344, 1) citat Ter. Phorm. 146 :

nil habet nisi spem meram.

MERULA. Cf. Varr. L. L. 5, 76 : Merula quod mera, id est sola, volitat; contra ab eo graguli, quod gregatim.

MEDIALEM. inter Mercedonios et Mercedituum Paul.

MERCEDONIOS ? Cf. Cincius (5) ap. Lyd. de Mens. 4, 144 : Κίγκιος ἐν τῷ περὶ ἑορτῶν λέγει τὸν Νοέμβριον παρὰ τοῖς παλαιοῖς Μερκεθδῖνον ὀνομασθῆναι, etc. Ex schol. Vergil. videtur emanasse gl. Abstr. ME 21; Aff. (= Abstr.) : Mercedarius, qui dat mercedem pro labore sibi inpenso, Mercennarius : qui accipit mercedem post laborem.

MERCEDITUUM. Priusne -tumum (cf. supra, 12, 8-9, s. v. Aedituus, Aeditumus) ?

MERTAT. Cf. supra, s. v. Exfuti (71, 13 effusi, ut mertat pro mersat). Cf. Non. 138, 30.

Melicae gallinae quod in Media id genus avium corporis amplissimi fiat, L littera pro D substituta.

Melos insula dicta est a Melo qui ex Phoenice ad eandem fuerat profectus.

Melo nomine alio Nilus vocatur.

Melia [s] hasta a ligno mali dicta.

Meliboea purpura a nomine insulae in qua tingitur est vocata.

Melancoryphi genus avium, quae Latine vocantur *atricapillae* (-lli?), eo summa earum capita nigra sint.

Memorare significat nunc dicere, nunc memoriae mandare.

Mensari (-sula- ?) nummulari.

(Gloss.) *Mensularium* nummularium, quem Graeci *τραπεζιτην* vocant.

Mendicum velum quod in prora ponitur.

Mentum dicebant quod nos commentum.

Memor [iosus] *memoriosior*, et <memoriter> *memoriosius* et *memoriosissime* facit.

« *Mensa frugibusque iurato* » significat per mensam et fruges.

Megalesia ludos Matris Magnae appellabant.

Mesancylum teli missilis genus.

Meatus (?) a meando dictus.

Mecastor et *mehercules* iusiurandum erat quasi diceretur 'ita me Castor', 'ita me Hercules', ut subaudiatur 'iuvet'.

MELICAE. L pro D] Vide ad Ancaesa (18, 21).

MELO. Incertae originis (Abol. an Abstr.) est Gloss. AA Melo : Nilus. Cf. supra, s. v. Aloedo (7, 8 dicebatur ab antiquis pro aleyone, ut ... pro Nilo Melo); s. v. Alumento (16, 28 pro Laumedonte a veteribus Romanis necdum assuetis Graecae linguae dictum est. Sic Melo pro Nilo... dicebatur). Usitatum inter grammaticos exemplum profert etiam Servius Aen. 4, 246 : Atlas Latine Telamo dicitur, ut Nilus Melo; Geo. 4, 291 : Antea Nilus Latine Melo dicebatur.

MELIA. vel *μελίη*. Voxne Enniana ?

MELIBOEA PURPURA. Vox ni fallor, Enniana, quam mutuati sunt Lucretius (2, 499), Vergilius (Aen. 5, 251). Aliter Serv. auct. ad loc. (Milesia); Serv. ad loc. (est autem civitas Thessaliae Meliboea).

MELANCORYPHI. vel *μελανκόρυφοι*. Hincine Gloss. Philox. AT 17 *Atricapellus* : *μελανκόρυφος, μελάνθριξ* ?

MENSARII. Festina videtur esse gl. Abol. ME 36 quam addidi. Cf. gl. Philox. ME 36 *Mensularius* : *τραπεζιτης*.

MENDICUM. i. q. *δῶλον*. Isidorus tamen neglegenter quasi diversas res (Etym. 19, 3, 2-8) 'dolon' (minimum velum et ad proram defixum) et 'mendicum' exhibet.

MENTUM. Vide supra, s. v. Miniscitur (109, 26).

MEMOR. Hucine redit Gloss. Abol. ME 9 *Memor* : eo quod manet in mente ? Cf. Varr. L. 6, 49 : *Meminisse* a memoria cum id [quod] remansit in mente, in (non ?) id quod rursus movetur ; quae a manendo ut 'mane-moria' potest esse dicta.

MEGALESIA. Cf. Fast. Praen. (C. I. L. I^a 235) : *Megalesia* vocantur quod ea dea *Megale* appellatur.

MESANCYLUM. vel *μεσάγκυλον*. Inter telorum, iaculorum gladiatorumque vocabula quae ex historiis veteribus collegit Gellius (10, 25, 1-2) sunt : *frameae*, *mesancula* [e], *catiae*, *rumpiae*.

MEATUS. An metus ? Secundum Varronem (L. L. 6, 44) metus a movendo dictus. An metatus ? Cf. tamen infra, s. v. Remeare (344, 12 redire, ut *commeare* ultro citro ire ; unde *commeatus* dari dicitur, id est, etc.)

MECASTOR. Hincine Gloss. Abba (= Abol.) *Me[ta]castor* : ita mihi propitius sit *Castor* ?

Messapia Apulia, a Messapo rege appellata.

Mactus magis auctus.

Macellum dictum a *Macello* quodam qui exercebat in Urbe latrocinium; quo damnato censores Aemilius et Fulvius statuerunt ut in domo eius obsonia venderentur. *Macilenti* macie tenuati.

Muricidum ignavum, stultum. Plautus (Epid. 393) « muricide homo »; <id est> ignave, iners.

<*Marcum*> *Manlium* patriciae familiae neminem vocari licuit post eum Manlium qui Gallos a Capitolio depulit, quod is regnum occupare conatus necatusque est.

Marculus deminutivum a marco. <Lucilius (1165) :

et velut in fabrica fervens cum maculus ferrum

multorum (?) magnis ictibus tundit.>

Mane a dis Manibus dixerunt. Nam *mana* bona dicitur; unde et Mater *Matuta* et poma *matura*.

Matronas appellabant eas fere quibus stolas habendi ius erat.

Materfamiliae non ante dicebatur quam vir eius paterfamiliae dictus esset; neo possunt hoc nomine plures in una familia praeter unam appellari. Sed nec vidua hoc nomine nec quae sine filiis est vocari potest.

Matralia Matris Matutae festa.

Mattici (?) cognominantur homines magnarum malarum atque oribus late patentibus.

MESSAPIA. Hucine redit Isid. Etym. 15, 1, 58 (Historiis placet a Messapo Graeco Messapiae datam originem, versam postmodum in nomen Calabriae, quam in exordio Enotri frater Peucetius Peucetiam nominaverat) ?

MACTUS. Cf. Serv. et Serv. auct. Aen. 9, 638, unde et Isid. Etym. 10, 165 et Gloss. Abstr. MA 5-6. Vide ne inter hoc lemma et sequens Festus verbum mactare memoraverit.

MACELLUM. Vide supra, ad Cuppes et Cupedia (42, 9).

MURICIDUM. murri- codd. Alieno loco. Fuitne olim lemmatum series Macilenti, <Murici>, Muricidi ? Cf. Serv. auct. Aen. 8, 636. de quo vide infra, s. v. Murciae Deae (134, 14). Quam tamen affinitatem vocabulum muricidus (i. e. qui munus Martium pertimescens musculum sibi caedit) cum vocabulis murcus et mureidus habeat non liquet. Credo enim Plautum verum iambicum octonarium scripsisse :

vae <vae> tibi, muricide homo. Qui tibi lubet mi male loqui ?

M. MANLIUM. Cf. infra, s. v. Manliae Gentis (135, 28 patriciae decreto nemo ex ea Marcus appellatur, quod M. Manlius, qui Capitolium a Gallis defenderat, cum regnum adfectasset damnatus necatusque est). Ecce eandem doctrinam sub novo lemmate iteratam ?

MARCULUS. Hinc Gloss. Philox. MA 101 Marculum : σφυρίον σιδήρου. Supplevi ex Isid. Etym. 19, 7, 2 : Malleus vocatus quia, dum quid calet et molle est, caedit et producit; marcus malleus maior, et dictus marcus quod maior sit ad eudendum et fortior; martellus, mediocris; marculus, malleus pusillus; Lucilius « et velut » etc. Sed quantum loci Isidoriani huc redeat, quantum ad lemma inferius Festinum (119, 12) Malleolus aegre dinoscitur. Cf. Gloss. Philox. MA 104 Marculus, malleolus et malleus : σφυρα σιδήρεά καὶ κοπανόν. Quid sibi vult gl. Philox. MA 107 Margum : τοίχος (τυχ-? ἐκ χαλκοῦ ἢ ἱππικός ?

MANE. Vide supra, s. v. Matrem Matutam (109, 4). Cf. Varr. L. L. 6, 4 : Diei principium mane quod tum manat dies ab oriente, nisi potius quod bonum antiqui dicebant manum, ad cuiusmodi religionem Graeci quoque, cum lumen affertur, solent dicere φῶς ἀγαθόν.

MATRONAS. Hoc lemma cum praecedente coniunxisse Verrium indicat Festus infra, s. v. Mater Matuta (154, 9).

MATRALIA. Cf. Varr. L. L. 5, 106 : Ut etiam nunc Matralibus id faciunt matronae.

MATTICI. Vix Mancini, quamquam infra post lemma Manduci (114, 24) sequitur lem-

Matrimes ac patrimes dicuntur quibus matres et patres adhuc vivunt.

[*Matula* vas urinae.] *Matellio* deminutivum a *matula*.

Magmentum magis augmentatum <.. *Magmentarium*>.

Madulsa ebrius (—ietas ?) a Graeco μαδῶν deductum, vel quia madidus satis a vino.

Magisterare moderari. Unde *magistri* non solum doctores artium, sed etiam pagorum societatum vicorum collegiorum equitum dicuntur, quia omnes hi magis ceteris possunt. Unde et *magistratus* qui per imperia potentiores sunt quam privati ; quae vox duabus significacionibus notatur, nam aut ipsam personam

demonstrat, ut cum dicimus : *Magistratus* iussit, aut honorem, ut cum dicitur : *Titio magistratus* datus est.

Maximus pontifex dicitur quod maximus rerum quae ad sacra et religiones pertinent iudex sit vindexque contumaciae privatorum magistratuumque.

Magis a Graeco μάλλον venit.

Maximam hostiam ovilli pecoris appellabant non ab amplitudine corporis, sed ab animo placidiore.

Magnum socerum appellat vir uxoris suae avum ; *magnam socrum* vir uxoris suae aviam.

Maximi annales appellabantur non magnitudine, sed quod eos pontifex maximus confecisset.

ma Mancina Tifata. Cf. Hesych. Μανόαι (vel Μάθουαι) : γνάθου. De nomine Maticius disputat Schulze (Geschichte lat. Eigennamen, p. 275).

MATRIMES. Cf. infra, s. v. Patrimi et Matrimi (282, 22); supra, s. vv. Flaminius Camillus (82, 16), Flaminia (82, 24 .. eaque patrimēs et matrimēs erat, id est patrem matremque adhuc vivos habebat).

MATULA. ante Matralia Paul. Credo haec tria verba Ma. vas. ur. in superiore margine tamquam glossam a Paulo esse addita.

MATELLIO. Cf. Varr. L. L. 5, 119 : *Matellio* a *matula* dictus qui, posteaquam longius a figura matulae discessit, et ab aqua aqualis dictus.

MAGMENTUM. Maius augmentum Serv. auct. An ante *Magisterare* transponend. ? Cf. Varr. L. L. 5, 112 : *Magmentum* a magis, quod ad religionem magis pertinet ; itaque propter hoc *magmentaria* fana constituta locis certis quo id imponeretur. De vocabulo ambigi docet ps.—Plac. (*Magmentum* alii pinguiissimum extorum ; alii secunda prosecta ; Cornificius quicquid mactatur, id est quicquid distrahitur). Hausitne ex Festo Serv. auct. Aen. 4, 57 (*Mactant* : verbum sacrorum Κατ' εὐφημισμὸν dictum <mactum>, quasi magis auctum ; unde et *magmentum* dicebant, quasi maius augmentum) ? Addidi ex Gloss. Philox. MA 24 *Magmentarium* : ἐφ' οὗ τὰ σπλάγχνα τιθέμενα τοῖς βώμοις προσφέρονται.

MADULSA. Si citavisset Festus Plaut. Pseud. 1252 — et fortasse citavit —, didicissemus utrum Plautus ' habeo madulsam ' an ' abeo madulsa ' scripserit :

perfecto edepol ego nunc probe habeo madulsam.

MAGISTERARE. Cf. infra, s. v. Magistrare (138, 36 pro regere et temperare dicitur. etc.)

MAGISTRI. Cf. Varr. L. L. 5, 82 : *Magister* equitum quod summa potestas huius in equites et accensos, ut est summa populi dictator, a quo is quoque *magister* populi appellatus ; reliqui, quod minores quam hi *magistri*, *magistratus*, ut ab albo albat.

MAXIMAM HOSTIAM. Cf. Mercklin (Ind. Schol. Dorpat. 1860, p. 6). Cf. infra, s. v. Optatam vel Optimam Hostiam (202, 12).

MAGNUM SOCERUM. Hinc Gloss. Philox. MA 30 Magnus socer : uxorum avi (sine Graeca interpretatione).

MAXIMI ANNALES. Cf. Serv. auct. Aen. 1, 373.

Maximus curio cuius auctoritate curiae omnesque curiones reguntur.

Manare dicitur cum humor ex integro, sed non solido nimis per minimas suas partes erumpit; quod ex Graeco trahitur, quia illi non satis solidum *μάνον* dicunt.

(Isid.) *Manes* putant ab aere qui *μάνος*, id est rarus, est manes diotos; sive quia late manant per auras; sive quia mites sunt, inmanibus contrarii, nomine hoc appellantur.

Manalem fontem dici pro eo quod aqua ex eo semper manet. *Manalem lapidem* putabant esse ostium Orci per quod animae inferorum ad superos manarent, qui dicuntur *manes*. *Manalem* vocabant lapidem etiam petram quandam quae erat extra portam Capenam iuxta aedem Martis;

quam cum propter nimiam siccitatem in Urbem pertraherent, insequeretur pluvia statim, eumque, quod aquas manaret, manalem lapidem dicere.

Manubiae Iovis tres creduntur esse. Quarum unae sint minimae, quae moneant placataeque sint. Alterae quae maiores sint ac veniant cum fragore discutiantque aut divellant, quae a Iove sint et consilio <XII ?> deorum mitti existimantur, Tertiae his ampliores quae cum igne veniant et, quamquam nullum sine igne fulgur sit, hae propriam differentiam habeant quod aut adurant aut fuligine deformant aut accendant; quae statum mutant deorum consilio superiorum.

Manias Aelius Stilo dicit ficta quaedam

MANARE. Isidorus (Etym. 8, 11, 100) addit (et fortasse addidit Festus): Apuleius autem ait eos κατ' ἀντίφρασιν dici manes, hoc est mites ac modestos, cum sint terribiles et immanes, ut Parcas, ut Eumenides. Sed illud Apuleius debet, ni fallor, Aelius esse; cf. infra (132, 3) s. v. *Manuos* (Aelius Stilo significare ait bonos, ut inferi di Manes pro boni dicantur a suppliciter eos venerantibus, etc.). Incertae originis (ex Isidoro? ex Gloss. Abol.?) est Gloss. Ansil. MA 604 *Manes*: dii mortuorum; ab aere, quia manus, id est rarus, est. Cf. infra, s. v. *Manias* (114, 15); s. v. *Manes* Di (146, 20).

MANALEM FONTEM. Cf. infra, s. v. *Manalis Fons* (146, 17 appellatur ab auguribus puteus perennis, etc.). Non habeo cur credam haec inde huc a Paulo esse transposita.

MANALEM LAPIDEM. Cf. supra, s. v. *Aquaelicium* (2, 24 cum aqua pluvialis remediis quibusdam elicitur, ut quondam manali lapide in Urbem ducto). Cf. Varr. Vit. Pop. Rom. I (ap. Non. 547, 7): Urceolum aquae manale vocamus, quod eo aqua in trulleum effundatur; unde manalis lapis appellatur in pontificalibus sacris, qui tunc movetur cum pluviae exoptantur; ita apud antiquissimos manale sacrum vocari quis non noverit?

ost. Orci] cf. infra, s. v. *Mundus* (144, 26). petram] Hoc vocabulo etiam Labeo lapidem manalem designavit si fides est danda Fulgentio (Serm. 4): Labeo, qui disciplinas Etruscas Tagetis et Bacidis XV voluminibus explanavit, ita ait « fibrae iecoris sandaracei coloris dum fuerint, manales tunc verrere opus est petras »).

MANUBIAE IOVIS. *Hic incipit Festi apographum.* Quod quoties cum Paulo ad verbum consentit, suspicio oriri potest ne verba Festi nimis difficilia lectu fuerint et pro eis Pauli verba sint substituta. Cum tamen in ea parte quae superest codicis interiores paginarum columellae plerumque lectu facillimae sint. noli semper et ubique eandem suspicionem fovere (Cf. infra, ad *Mamercus*, 118, 2). Cf. Reitzenstein (Verrianiische Forschungen 107).

Aliena est gl. AA (= Abstr.) *Manubiae*: fulmina, tempestates. Hausta enim est et male hausta ex Serv. Aen. 11, 259: Aequinoctio vernali quando manubiae Minervales, id est fulmina, tempestates gravissimas commovent.

MANIAS. Hincine Gloss. Leid. 67 E (= Abol.) *Maniae*: formidinum imagines? Cf. Schol. Pers. 6, 55: Manium dicit deformem et ignotum hominem eo quod Maniae dicuntur indecori vultus personae quibus pueri terrentur. [maniol.] Cf. gaioli (Stat. Silv. 1, 6, 17 Vollm.).

ex farina in hominum figuras, quia turpes fiant ; quas alii *maniolas* appellant. Manias autem quas nutrices minitentur parvulis pueris esse *Larras*, id est *Manes* deos deasque, quod aut ab inferis ad superos emanant aut Mania est eorum avia materve. Sunt enim utriusque opinionis auctores.

(Paul.) Manias dicunt ficta quaedam ex farina in hominum figuras, quia turpes fiant ; quas alii *maniolas* vocant ; Manias autem quas nutrices minitentur parvulis pueris esse *Larvas*, id est *Manes* quos deos deasque putabant quosque ab inferis ad superos emanare credebant. Sunt qui *Maniam Larvarum* matrem aviamve putant.

(Paul.) *Manceps* dictus quod manu capiat.

(Paul.) *Manluvi* effigies in pompa antiquorum inter ceteras ridiculas formidolosaeque ire solebat magnis malis ac late dehiscens et ingentem sonitum dentibus faciens. De qua Plautus ait (Rud. 535) : quid si <aliquo> ad ludos me pro manduco locem ?

Quapropter ? <Quia pol> clare crepito dentibus.

(Paul.) *Mancina Tifata* appellabantur (-batur ?) quod Mancinus habuit insignem domum quae publicata est eo interfecto.

Mamercus praenomen Oscum est ab eo quod [h]i Martem *Mamertem* appellant.

(Paul.) *Mamercus* praenomen est Oscum eo quod hi Martem *Mamertem* dicunt.

(Paul.) *Mamuri Veturi* nomen frequenter in cantibus Romani frequentabant hac de causa. Numa Pompilio regnante e caelo cecidisse fertur *ancile*, id est scutum breve, quod ideo sic est appellatum quia ex utroque latere erat recisum ut summum infimumque eius latius medio pateret, unaque edita vox omnium potentissimam fore civitatem quamdiu id in ea mansisset. Itaque facta sunt eiusdem generis plura quibus id misceretur, ne internosci caeleste posset. Probatum opus est maxime *Mamuri Veturi*, qui praemii loco petiit ut suum nomen inter carmina *Salii* canerent.

(Paul.) *Mamers* *Mamertis* facit, id est lin-

MANCEPS. Cf. infra, s. v. (137 12 dicitur qui quid a populo emit conducitve quia manu sublata significat se auctorem emptionis esse), *Hincine Gloss. Abol. MA 41*, *Mancipat* : manu captum adducit ? || capiatur *codd. plerique*.

MANDUCL. Vide supra, ad *Citeria* (52, 17 appellabatur effigies quaedam arguta et loquax ridiculi gratia quae in pompa vehi solita sit).

MANCINA TIFATA. Vide supra ad *Curia Tifata* (43, 13). *Manc.*] Quis fuerit non liquet.

MAMERCUS. Quamvis haec continue, sine lacunis in apographo scripta sint, erant -ni fallor - in exteriore primae codicis paginae columella Ea columella nonnisi dimidiatos versus, igne truncatos habuit. Speciosa igitur fallaxque est continua in apographo scriptura et sic potius ob oculos tibi ponenda, ut puta : <*Mamercus* praenomen> Oscum est ab eo quod <hi Martem Mamertem> appellant. Vide ea quae scripsi infra ad *Mamiliorum Familia*, et sic iudicare memento de ceteris huiusmodi locis. Scito tamen *Muelleri* aliam columellarum dispositionem placere. *Mamertem*]. Cf. infra, s. v.

MAMURI VETURI. Aliter *Varr. L. L. 7, 49* : *Salii* quod cantant « *mamuri veturi* » significant memoriam veterem. || *ancile*] cf. supra, s. v. *Ancaesa* (18, 20).

MAMERS. Cf. supra, s. v. *Mamercus* ; infra, s. v. *Mamertini* (150, 34.. *Mamers*.. qui lingua *Oscorum* Mars significatur). Cf. *Varr. L. L. 5, 73* : Mars ab eo quod *maribus* in bello praeest aut quod *Sabinis* acceptus ibi est *Mamers*. || *Mamertini*] Cf. infra, s. v. (150, 13), ubi plenior disputatio est.

gua Osca Mars Martis ; unde et *Mamer-tini* in Sicilia dicti qui Messanae habitant.

(Paul.) *Martialis campus* in Caelio monte dicitur quod in eo *Equirria* solebant fieri siquando aquae Tiberis campum Martium occupassent.

Mamiliorum familia progenita sit a *Mamilia* Telegoni filia quam Tusculi procreavit quando id oppidum ipse condidisset.

(Paul.) *Mamiliorum familia* a *Mamilia* Telegoni filia, quam Tusculi procreaverat est appellata.

(Paul.) *Mamilia turris* intra Suburae regionem a *Mamilio* nomen accepit.

(Paul.) *Mamphur* appellatur loro circumvolutum mediooris longitudinis lignum rotundum quod circumagunt fabri in operibus tornandis.

(Paul.) *Mansuetum* ad manum venire solum. Alii aiunt mansuetum dictum neque ex misericordia maestum neque ex crudelitate saevum, sed modestia temperatum.

Mantare saepe manere, Caecilius in Epistola (34) :

iamne adeo ? manta. iam hoc vide,

caecus (?) animum adventus angit.

(Paul.) *Mantare saepe manere*.

Manticularum usus pauperibus in nummis recondendis etiam nostro saeculo fuit. Unde *manticulari* (-re) dicebantur qui furandi gratia manticulas attemtabant. Inde poetae pro dolose quid agendo usunt eo verbo. Pacuvius (377) :

ad manticulandum astu adgreditur ;
scit enim quid promeruerit ;

<item> ** (376) : Modici manticulat **
ita me facti oppreessi iugo ;

item (378) : Deinde adgrediar astu regem ;
manticulandum est hic mihi ;

et (379) : Machinam ordiris novam manticulat[act]u, an sanctiora dicis iurauranda ?

(Paul.) *Manticulari* dicuntur qui manticulas adtreant ut furentur. Unde poetae pro dolose quid agendo hoc verbo utuntur. Pacuvius « ad manticulandum astu adgreditur ».

<*Mantelia*> ** (Plaut, Capt. 521) :

<nec sycophantiis nec fucis ullum mantellum obviam est.>

Plautus hoc significare videtur, quibus quo-

MARTIALIS CAMPUS. Immo *Equirria* est verum lemma et hic sunt iterata sub novo lemme ea quae sunt supra s. v. *Equirria* (71, 15 ludi quos Romulus Marti instituit per equorum cursum qui in campo Martio exercebantur).

MAMILIORUM FAMILIA. Scripta sunt haec — ni fallor (nam dissentit Mueller) — in exteriore secundae codicis paginae columella. Lacunosi igitur versus in codice erant et fallaciter in apographo ope epitomae Paulinae exhibiti. Quos sic exhibendos crede : <*Mamiliorum familia*> progenita sit a *Mami<lia Telegoni filia>* quam Tusculi procrea<vit quando>.. (7 litt.).. id oppidum ipse condi<disset>. Et supplementa magnam partem pro falsis habe.

Qua via ex lemme *Martialis Campus* huc deductus sit Festus discimus infra, s. v. *October Equus* (190, 11 appellatur qui in campo Martio mense Octobri immolatur quotannis Marti, bigarum victricum exterior.. de cuius capite.. illi ad turrim *Mamiliam* id figerent, etc.) A verbis *Mamilia Turris* (non *Mamiliorum Familia*) incepisse disputationem credo.

MAMPHUR. Unde Italice 'manfa' et 'manfana'.

MANSUETUM. Hinc nimirum gl. truncata Abol. MA 9 (*Mansuetum* : quod ad manum...

MANTICULARE. Ad primum verbum revoco ps. — Placidi glossam Ad manticulandum : ad dolum et ad strophas excogitandas.

MANTELIA. Quibus rebus lacuna supplenda sit docet Isidorus (Etym. 19, 26, 6), siquidem ex Festo hausit. Verba 'frequens — mantelorum' suspecta sunt, fortasse ex epitoma sumpta. Credo etiam Donatum (i. e. Serv. auot.) ex hoc loco Festi hausisse (Geo. 4, 377) :

tidie parvae noxae extergeantur. Fre-
quens enim antiquis ad manus tergendas
usus fuit mantel<i>orum.

(Paul.) *Manticularia* (?) dicuntur ea
quae frequenter in usu habentur
et quasi manu tractantur. Fre-
quens enim antiquis ad manus
tergendas usus fuit mantelorum;
unde haec trahitur similitudo.

? (Isid.) Mantelia nunc pro operiendis
mensis sunt; quae, ut nomen ip-
sud indicat, olim tergendis mani-
bus praebebantur.

(Paul.) *Mantisa* additamentum dicitur
lingua Tusca quod ponderi adicitur, sed
deterius et quod sine ullo usu est. Luci-
lius (1208) « mantisa obsonia vincit. »

(Paul.) *Malleoli* vocantur non solum parvi

mallei sed etiam hi qui ad incendium
faciendum aptantur, videlicet ad simi-
litudinem priorum dicti.

(Paul.) *Mollestras* dicebant pelles ovillas
quibus galeas extergebant.

(Paul.) *Malta* dicitur a Graecis pix cum
cera mixta.

Maeson persona comica appellatur aut coci
aut nautae aut eius generis. Dicitur
ab inventore eius Maesone comoedo, ut
ait Aristophanes grammaticus.

(Paul.) *Meson* persona comica ab inven-
tore dicta.

Maeniana appellata sunt a Maenio censore
qui primus in foro ultra columnas tigna
proiecit quo ampliarentur superiora
spectacula.

(Paul.) Maeniana aedificia a Maenio

Mantelia, huius singulare mantelum Plautus in *Captivis* « nec his syc. », etc.; Lucilius
autem mantela dicit mappas « mantela merumque »; (Aen. 1, 701): Mantelia vero a mani-
bus tergendis dicta. Quin etiam, nisi audacior est coniectura, conicio Donatum cum nomine
mantele verbum manticulare coniunxisse, et ex eius pleno scholio haustam esse gl.
Abstr. MA 34 Manticulare : fraudare vel furto decipere. Hanc gl. Abstr., sed refictam
(Manticulare : fraudare, furare) non debuit Goetz Placido assignare.

MALLEOLI. Hinc Gloss. Philox. MA 49 Malleolos : σφύρας, πυρέμβολα. Festus igitur
acc. cas. exhibuit. Vide supra, s. v. Marculus (112, 23), et tecum reputa viam inter lemma
Malleoliet lemmata Mollestras, Malta discerni posse si Festus dixerat, sicut Isidorus
(Etym. 19, 7, 2), vocem malleolus voci mollis esse affinem. Suspicio igitur huc revocandam
esse gl. miram Abol. MO 37 Molleolus : ... hoc enim non manditur sed absorbetur. Fortasse
etiam gl. Philox. MA 47 Malleolus : νάρθηξ λαρκικός.

MALTA. Hinc Gloss. Philox. MA 50 Maltha[na] : πισσόκηρον. Cf. Non. 37, 6 : Maltas
veteres molles appellari voluerunt a Graeco, quasi μαλακούς; Lucilius lib. XXVII (732):
insanum voca[n]t quem maltam ac feminam dici videt.

(Cf. Marx ad loc.). Nonius adducit ut credam Festum post Lucilianam glossam Mantisa
alteram Lucilianam glossam Malta (citato nimirum Lucilii versu) tractavisse tam prolixè
ut affinia vocabula Malleoli (necnon Molleolus ?) et Mollestrae comprehenderet. Sed incerta
fateor omnia.

MAESON. Cf. Hesych., s. v. Μάισωνα, s. v. Τέρτιξ. Aristoph.] in libro Περὶ Προσώπων

MAENIANA. Nollem affirmare hinc hausisse Isidorum (Etym. 15, 3, 11 Moenius collega
Crassi in foro proiecit materias ut essent loca in quibus spectantes insisterent; quae ex
nomine eius Moeniana appellata sunt; haec et solaria, quia patent soli), multo minus
Hieronymum (Ezech. 41, 3 Meniana sunt solaria de cenaculorum parietibus eminentia,
dicta a quodam puero nomine Menio quia ea primus invenit; haec Romae ecethetas appel-
lant). Nonius sine dubio (65, 20) marginalem in Cic. Acad. 2, 70 adnotationem exhibet.
Incertae originis sunt gl. Philox. MA 10 Maenianum : ἐξώστρα, ME 30 Maenianus :
ἐκθέτης. De Martialis poetae 'summemmiana' cf. Journ. Phil. 29, 59; Lundström
(Eranos 13, 206). Cf. infra, s. v. Mummiana Aedificia (125, 20 a Mummio dicta).

sunt appellata. Is enim primus ultra columnas extendit tigna quo ampliarentur superiora.

Maiores Graecia diota est Italia quod eam Siculi quondam obtinuerunt, vel quod multae magnaeque civitates in ea fuerunt ex Graecia profectae.

Maius mensis in compluribus civitatibus Latinis ante Urbem conditam fuisse videtur. Qua ex causa, utrum a maioribus, ut Iunius a iunioribus, dictus sit, an a Maia quod Mercurio filio eius res divinae <Idibus> fiant sollempnes, an quod ipsi deae in multis Latinis civitatibus sacrificia fiebant...

(Paul.) *Maesius* lingua Osca mensis Maius. Osci enim a regione Campaniae quae est Oseor (?) vocati sunt.

(Paul.) *Maiestas* a magnitudine dicta.

(Paul.) *Maiores magistratus* consul dicitur.

(Paul.) *Mas* deminutive facit *masculus*.

(Paul.) *Matertera* matris soror quasi mater altera. *Matertera* patris et matris mihi magna matertera est. *Maiores patrum* avi et aviae patruus. *Maiores avunculus* avi et aviae amita. *Maiores socer* uxoris meae proavus. *Maiores socrus* uxoris meae proavia.

? (Gloss.) *Mater magna* : soror aviae.

(Paul.) *Maeandrum* genus picturae dictum est a similitudine flexus amnis qui appellatur Maeandrus.

(Paul.) *Maecia* tribus a quodam castro sic appellatur.

(Paul.) *Masucium* (-cum ?) edacem a mandendo scilicet.

(Paul.) *Mox* pau<1>lo post.

(Paul.) *Morbosum* hominem morbo aliquo adfectum.

(Paul.) *Mortuus* ab emerita vita dictus.

MAIOR GRAECIA. Magna Graecia *Isid.* (Etym. 14, 4, 18 Italia olim a Graecis populis occupata Magna Graecia appellata est; deinde a regis nomine Saturnia, etc.), qui potest ex Servio vel Donato hausisse (Aen. 1, 569) : Μεγάλη Ἑλλάς appellata est Italia quia a Tarento usque ad Cumas omnes civitates Graeci condiderunt.

MAESIUS. Buechelerum credo recte corruptam gl. ps. -Placidi sic emendasse, Maesio . Maio.

MAIESTAS. Hinc Gloss. Abol. MA 8 Maiestas : a magnitudine.

MAIOR MAGISTRATUS. Cf. infra, s. v. Maximum Praetorem (152, 29). De tota re quae Messala in libro de Auspiciis dixit habemus ap. Gell. 13, 15, 4.

MATERTERA. Addidi, sed dubitanter, ex Gloss. Abav. (=Abol. ?) MA 77.

MAEANDRUM. Cf. Non. 140, 2 (Maeander est picturae genus, etc.) qui citat Verg. Aen. 5, 251 :

quam plurima circum
purpura maeandro duplici Meliboea cucurrit.

Mueller quidem et in hoc lemmate et superius, s. v. Meliboea Purpura (111, 26), hunc Vergilii versum a Festo citatum esse credit.

MAECIA. cast.] cf. Liv. 6, 2.

MASUCIUM. masucum vel massucum ps.- Plac. (Ma. : edacem).

MOX. Cf. infra, s. v. Quam Mox (314, 5 significat quam cito; sed si per se ponas mox, significabit paulo post vel postea). Cf. Charis. 205, 1 K. (de Verg. Geo. 1, 24) : Ubi Gnifo pro cito significare ait; alii paulo post, ut Terentius (Eun. 219); aliud est (Verg. Aen. 5, 117).

MORTUUS. Si Isidorus ex Festo hausit (Etym. 4, 5, 3 quod inde veteres morbum nominaverunt ut ipsa appellatione mortis vim, quae ex eo nascitur, demonstrarent), Festus alterum etymon addidit.

(Paul.) *Moracias nuces* Titin[n]ius (185) duras esse ait ; unde fit diminutive *morcillum*.

(Paul.) *Monimentum* est quod et mortui causa aedificatum est et quicquid ob memoriam alicuius factum est, ut fana porticus scripta et carmina. Sed monimentum quamvis mortui causa sit factum, non tamen significat ibi sepultum.

Monstrum, ut Aelius Stilo interpretatur, a monendo dictum est, velut 'monestrum'. Item Sennius Capito quod monstret futurum et moneat voluntatem deorum ; quod etiam *prodigium*, velut praedictum et quasi 'praedicium', quod praedicat eadem ; et *portentum* quod portendat et significet. Inde dici apparet id quantum quod mihi visum est adiciendum, praesertim cum ex eadem significatione pendeat et in promptu sit omnibus, id est *ostentum*, quod item ab ostendendo dictum est apud auctores.

(Paul.) *Monstrum* dictum velut 'monestrum', quod moneat aliquid futurum ; *prodigium* velut 'praedicium', quod praedicat ; porten-

tum quod portendat ; *ostentum* quod ostendat.

<Monitores> ** qui monent histriones in scaena sed etiam ubi adiciuntur (libri dicuntur ?) commentarii.

(Paul.) *Monitores* dicuntur et qui in scaena monent histriones et libri commentarii.

Monile dictum est ornatus mulieris, qualem habuisse Eriphylam fabulae ferunt. Ex eo etiam equis praependens a collo ornamentum monile.

(Paul.) *Monile* et mulierum ornatus dicitur et equorum praependens a collo.

(Paul.) *Momar* Siculi stultum appellant.

(Paul.) *Momen* momentum. Lucretius (3, 189) :

momine si parvo possint impulsa moveri.

(Paul.) *Modo* cum per correptam O dicitur significat et tempus ut : *Modo* venit, et ponitur pro tantum, ut : *Tace modo*. Quodsi producta posteriore syllaba enuntietur, dativus vel ablativus est casus ab eo quod est *modus*.

MORACIAS. Abl. (vel dat.) casu usum esse Titinium suadet ps.—Plac. (Moraciis nucibus longis).

MONIMENTUM. Cf. Varr. L. L. 6, 49 : Ab eodem (scil. memoria) monere, quod is qui monet proinde sit ac memoria ; sic monimenta quae in sepulchris, et ideo secundum viam quo praetereuntis admoneant et se fuisse et illos esse mortalis ; ab eo cetera quae scripta ac facta memoriae causa monimenta dicta.

MONSTRUM. post *Modo* (124, 1) Paul. (saltem archetypus nostrorum codicum in quo, ni fallor, lemma praetermissum erat et in imo margine postea scriptum). mihi] Verrio. Cf. infra, s. v. *Portenta* (284, 4) ; s. v. *Prodigia* (254, 14). Hincine Abol. MO26 *Monstra* dici-
mus prodigia eo quod futura moneant vel demonstrent ? Cf. Varr. ap. Isid. Diff. 1, 459 : Quinque autem sunt genera prodigiorum, ut Varro dicit, id est portentum, ostentum, prodigium, miraculum et monstrum..

MONILE. Hinc, ni fallor, gl. disrupta Abol. (MA 43 ; MU 13) *Monile* : ornamentum mulieris, *Monilia* : pectoralia equorum.

MOMAR. De ficticio in recentioribus glossariis versu Plauti (fragm. dub. et susp. xvi) :
quid tu, o momarsicule homo, praesumis ?

cf. Goetz ad loc.

MOMEN. Hincine corrupta gl. Abol. MO 21 *Monin* (momen ?) : momentum ? De versu Ennii ficticio (Ann. 595) qui est in glossario Osborni cf. Goetz (Verhandl. Sachs. Ges. 1903 p. 143) :

Molucrum non solum quo molae verruntur dicitur, id quod Graeci *μολήχορον* appellant, sed etiam tumor ventris qui etiam virginibus <incidere> solet, cuius meminit Afranius in Virgine (336) :

ferme virgini

< tam crescit uterus > tamquam gravidae mulieri ;
molucrum vocatur, transit sine doloribus.

Cloatius etiam in libris Sacrorum : Molucrum esse aiunt ligneum quoddam quadratum ubi immolatur. Idem (item ?) Aelius in Explanacione Carminum Salarium eodem nomine appellari ait quod sub mola supponatur. Aurelius Opillus (Op. Aur. ?) appellat ubi molatur.

(Paul.) Moluerum dicitur et quo molae verruntur, quod Graeci *μολήχορον* dicunt, et tumor ventris qui etiam virginibus incidere solet. Afranius « virgini » inquit « tam crescit uterus quam gravidae mulieri ; molucrum vocatur, transit sine doloribus ». Molucrum etiam dicitur lignum quoddam quadratum ubi immolatur.

Mola etiam vocatur far tostum et sale sparsum quod eo molito hostiae aspergantur. Molas avias inepte quidam dictas putant**.

(Paul.) Mola vocatur etiam far tos-

tum et sale sparsum, quod eo molito hostiae asperguntur.

(Paul.) *Moles* pro magnitudine fere poni solet. Sed *moliri* et *molitiones* a movendo certum est dici.

(Paul.) *Munus* significat < officium > cum dicitur quis munere fungi ; item donum quod officii causa datur.

(Paul.) *Mummiana aedificia* a Mummio dicta.

< *Mundus* appellatur caelum terra mare et aer > **. Mundus etiam mulieris < ornatus dicitur quia non alius est quam quod moveri > potest. Accius (654) :

cum virginali mundo clam pater **

< *Mundus* quoque appellatur lautus et purus. > Ennius (Ann. 145) :
idem loca navibus celsis
munda facit nautisque mari < quae sentibus vitam > .

** Cereris, qui mundus appellatur, qui ter in anno solet patere : VIII Kal. Sept. et III Non. Octobr. et VI Id. Novembr. Qui vel enim (videlicet ?) dictus est quod terra movetur **

(Paul.) *Mundus* appellatur caelum terra mare et aer. *Mundus* etiam dicitur ornatus mulieris quia non alius est quam quod moveri potest. *Mundus* quoque appellatur lautus et purus.

MOLUCRUM. Aurel. Op.] Mos scribendi Festinus est ' Opillus Aurelius '.

MOLA. Cf. supra, s. v. Ador (3, 19) farris genus ... quod aduratur ut fiat tostum, unde in sacrificio mola salsa efficitur) ; s. v. Immolare (97, 22 est mola, id est farre molito et sale, hostiam perspersam sacrare). Cf. Varr. L. L. 5, 104 : Ex mola, id est ex sale et farre molito. mol. avias] Quid latet ?

MUMMIANA. Vide supra ad Maeniana (120, 1).

MUNDUS. Cf. infra, s. v. (144, 18 ut ait Capito Ateius in lib. VI Pontificali, ter in anno patere solet, etc.). Verrium credo sic fere incepisse : Mundus appellatur caelum terra mare et aer, a motu eorum ita dictus. Cf. Varr. L. L. 6, 3 : A motu eorum (scil. solis et lunae) qui toto caelo coniunctus mundus ; Isid. Etym. 13, 1, 1 : Mundus Latine a philosophis dictus quod in sempiterno motu sit, ut caelum sol luna aer maria ; nulla enim requies eius elementis concessa est ideoque semper in motu est ; unde et animalia Varroni videntur elementa, « quoniam per semet ipsa » inquit « moventur ».

Ennius] citatus iterum infra, s. v. Quaesio (312, 9).

(Paul.) *Munnitio* (?) morsio atque ciborum.

(Paul.) *Muneralis* lex vocata est qua Cincius cavet ne culliceret munus accipere.

Plautus (inc. 30) :

neque muneralem legem neque lenoniam
rogata fuerit necne flocci aestimo.

(Paul.) *Munem* significare certum est officium ; unde e contrario *inmunis* dicitur qui nullo fungitur officio.

(Isid.) *Inmunis* minime munificus, ut est in proverbio veteri « *inmunem cives odere sui* » ; item *inmunis* qui non facit munia, id est officio non fungitur ; est enim omni privilegio vacuus.

Mamphula appellatur pa<nis> Syriaci genus quod, ut ait Verrius, in olibano antequam percoquatur decedit in carbones cineremque. Cuius meminit Lucilius (1250) :

pictricem validam, si nummi suppedi-
tabunt,
addas empleuron, mamphulas quae
sciat omnis.

Municeps est, ait Aelius Gallus (7), qui in municipio liber natus est ; item qui ex alio genere hominum munus functus est ; item qui in municipio ex servitute se liberavit a municepe. At Servius filius

(Serv. Sulpicius 18) aiebat initio fuisse qui ea conditione cives fuissent ut semper rempublicam separatim a populo Romano haberent, Cumanos Acerranos Atellanos, qui aequae cives Romani erant et in legione merebant, sed dignitates non capiebant>.

(Paul.) *Municeps* qui in municipio liber natus est. Item qui ex alio genere hominum munus functus est. Item qui in municipio a servitute se liberavit a municepe. Item *municipes* erant qui ex aliis civitatibus Romam venissent, quibus non licebat magistratum capere, sed tantum muneris partem ; ut fuerunt Cumani Acerrani Atellani, qui et cives Romani erant et in legione merebant, sed dignitates non capiebant.

Mutas quasi (quasdam?) e litteris appellatas quidam putant quod positae in ultimis partibus orationis obmutescere cogant loquentem. Quidam quod parvae exiguaeque sint vocis, ut quando mutum oratorem aut tragoedum dicimus.

(Paul.) *Mutae* dicuntur litterae quod positae in ultimis partibus orationis obmutescere cogant loquentes ; vel quod parvae exiguae-

MUNERALIS LEX. i. e. Lex Cincia de donis et muneribus (Liv. 34, 4, 9, etc.).

INMUNIS. Cf. supra, s. v. (97, 18 vacans munere, aliquotiens pro improbo ponitur, ut apud Plautum « *immune est facinus* »). Si Isidorus (Etym. 10, 140) ex hoc Festi loco hausit, suspicor Festum duos eiusdem fabulae versus citasse (Trin. 350) :

sed civi immuni scin quid cantari solet

« quod habes ne habeas, et illuc quod non habes habeas, malum ».

(Trin. 354) :

is est immunis quoi nil est qui munus fungatur suum.

MAMPHULA. Alieno loco.

MUNICEPS. supra, inter Mamercus (116, 2) et Mamuri Veturi, Paul. Servii Reitzenstein (Verrianae Forschungen 86). Cf. infra, s. v. *Municipium* (155, 7), s. v. *Municipalia Sacra* (146, 9 quae ab initio habuerunt ante civitatem Romanam acceptam). Hincine Gloss. Abol. MU 19-20. *Municeps* : civis municipii, *Municipales* : originales cives et in loco officium gerentes ?

MUTAS. Cf. infra, s. v. *Mutas*. Festi codex incipit (cf. infra, 136, 22, s. v. *Mutae Litterae*) a verbis quae huc pertinere possunt vel saltem iterare eam sententiam quae hic est videntur. (*Mutum* dicimus aut quod nullius fiant vocis cum in eas litteras incidant).

que sint vocis, ut cum mutum oratorem aut tragoedum dicimus.

Multam Osce dici putant poenam quidam.

M. Varro ait poenam esse, sed pecuniarum; de qua subtiliter in lib. I Quaestionum Epist. refert.

(Paul.) *Multam* Osce dici putant poenam.

Mulleos genus calceorum aiunt esse; quibus reges Albanorum primi, deinde patrii sunt usi. M. Cato Originum lib. VII (7): Qui magistratum curulem cepisset calceos mulleos allitaciniatos (aluta lacinatiatos?), ceteri peronei. Item Titinius in Setina (116):

iam cum mulibus te ostendisti quos
† tibiam si † calceos.

Quos putant a *mullando* dictos, id est suendo.

(Paul.) *Mullei* calcei regum Albanorum et post patriciorum, a millando, id est suendo dicti.

Multifariam dixerunt antiqui videlicet quod in multis locis fari poterat.

(Paul.) *Multifariam* dicebant antiqui quod in multis locis fari poterat, id est dici.

(Paul.) *Mulciber* Vulcanus a molliendo scilicet ferro dictus. *Mulcere* enim mollire sive lenire est. Pacuvius (395):

quid me optutu terres, mulces laudibus?

(Paul.) *Multam maximam* dixerunt trium milium et viginti assium, quia non licebat quondam pluribus triginta bubus et duabus ovibus quemquam multari; aestimabaturque bos centussi[*bu*]^s, ovis decussi[*bu*]^s.

<« *Multi Mani Ariciae*. » > **Manius Egeri<us lucum> Nemorensem Dianae consecravit, a quo multi et clari viri orti sunt et per multos annos fuerunt. Unde [et] proverbium: *Multi Mani Ariciae*. Sinius Capito longe aliter sentit; ait enim turpes et deformes significari, quia *Maniae* dicuntur deformes personae, et *Arici* [n] *jae* genus panni[*manici*] fieri quod *manici* (?) appelletur.

(Paul.) *Maniae* turpes deformesque personae.

<*Munia*.> *moenesingulariter* dixit Ennius (Naevius, Bell. Pun. 34):

apud emporium in campo hostium pro moene.

Muttire loqui. Ennius in Telepho (286):

palam muttire plebeio piaculum est.

(Paul.) *Muttire* loqui. Ennius « palam muttire plebeio piaculum est. »

MULTAM. Cf. Varro Rer. Hum. XXI (ap. Gell. 11, 1, 5): Vocabulum autem ipsum multae idem M. Varro ... non Latinum sed Sabinum esse dicit, idque ad suam memoriam mansisse ait in lingua Samnitium, qui sunt a Sabinis orti; L. L. 5, 177.

MULLEOS. Hinc Gloss. AA (= Abol.) *Mullei*: calcei quae in (quem? quos?) antiquitus reges habere soliti erant. Ad hunc locum Catonis fortasse redit Gloss. ps.—Plac., *Mulleos*: calceamenti genus, a colore mullorum.

MULTIFARIAM. Hincine Gloss. Abol. MU 14 *Multifarie*: multis sermonibus?

MULCIBER. Gloss. Abstr. MU 13 (*Mulciber*: ignis quod omnia mulceat; ipse dicitur Vulcanus) ex Serv. Aen. 8, 724 provenit (*Mulciber* Vulcanus, ab eo quod totum ignis permulceat). optutu]. Cf. infra, s. v. (202, 11).

MULTAM. Max. mul. Paul. Cf. supra, s. v. Aestimata Poena (23, 2 ovem decussis, bovem centussis, hoc est decem vel centum assibus).

MULTI MANII. Man. Eger.] Aliter Cato Orig. II (ap. Prisc. I p. 129): Lucum Dianium in nemore Aricino Egerius Baebius Tusculanus dedicavit dictator Latinus. Cf. Rosenberg (Herm. 54, 143)

MANIAE. Cf. supra, s. v. (114, 15 Aelius Stilo dicit ficta quaedam ex farina in hominum figuras, quia turpes fiant; quas alii maniolas appellant).

MUTTIRE. Cf. supra, s. v. Amussum (6, 2 quidam esse dicunt non tacite, quod muttire

<Munia vel> *Moenia* muri et cetera munien-
dae urbis gratia facta, ut Accius in Helle-
nibus (385) :

signa extemplo cañere ac tela ob moe-
nia offerre imperat.

Significat etiam officia. Plautus in *Nervola-*
ria (95) :

prohibentque moenia alia unde ego
fungar mea.

(Paul.) Moenia et muri et officia. Plau-
tus « prohibentque moenia alia
unde ego fungar mea.

Murrinam genus...

(Paul.) Murrina genus potionis quae
Graece dicitur *μέτρα* <potio deo-
rum>. Hanc mulieres vocant *mu-
riolam*. Quidam murratum vi-
num, quidam id dici putant ex
uvae genere murrinae nomine.

(Paul.) *Murgisonem* dixerunt a mora et
decisione.

(Paul.) *Murmillonica scuta* dicebant cum
quibus de muro pugnabant. Erant siqui-
dem ad hoc ipsum apta.

interdum dicitur loqui). Hincine Gloss. Abol. MU 6 (Muttire : leviter loqui), an ex adno-
tatione marginali in Terentio (Andr. 505) ?

MOENIA. Cf. infra, s. v. (137,7 praeter aedificia significant etiam et munia, hoc est offi-
cia). Hausitne ex Festo Isidorus (Etym. 15, 2, 17 Moenia sunt muri civitatis, dicta ab eo
quod muniant civitatem, quasi munimenta urbis, id est tutamenta ; munium autem dic-
tum quasi manu factum ; sic et munus ; muri a munitione dicti, quasi ' muni-ri ', eo quod
muniant et tueantur interiora urbis), an ex Donati scholio nescioquo in Vergil., sicut hau-
sit ex Serv. Aen. 11, 567 ea quae pergit dicere (moenia autem duplicem habent signifi-
cationem, nam interdum moenia abusive dici omnia aedificia publica civitatis, etc.) ?

MURRINAM. Supplevi ex Gloss. Aff. (= Abol.) Murrina : potio divina quae a Graecis
nectar dicitur, de vino murrato. Cf. infra, s. v. Nectar (160, 18 Graece significat deorum po-
tionem). murrat. vin.] Cf. infra, s. v. Murrata Potione (150, 36). Eam interpretationem ps.-
Placidus repperit, nimirum in adnotatione ad Plaut. Pseud. 741, Murrinam : vinum murra
conditum. Sed gl. Ansil. MU 273 (Murratum vinum : amarum, id est cum felle mixtum),
ni fallor, non est Glossarii Abol. sed Glossarii Abstr., et emanavit ex adnotatione in
Marc. evangelist. 15, 23 adscripta. Plautinum hoc Festi lemma esse (sicut praecedens lemma
Moenia) mihi videtur et Plauti versum habuisse (Pseud. 741) :

murrinam passum defrutum mellam mel quovismodi.

De his vocabulis plura discimus ex loco Varronis Vit. Pop. Rom. I, ap. Non. 551 dispartito,
qui sic fere restitui potest : Antiquae mulieres maiores natu bibebant loram aut sapam
aut defretum aut passum quam murrinam quidem Plautus appellare solet ; loram dice-
bant in vindemia cum expressissent acinis mustum et folliculos in dolium coniecissent ;
sagam appellabant quod de musto ad mediam partem decoxerant ; defretum, si ex duabus
partibus ad tertiam redegerant deferrefaciendo ; passum nominabant si in vindemia
uvam diutius coctam legerent eamque passi essent in sole aduri ... vino addito <vel> lora
passum vocare coeperunt ; muriolam nominabant quod ex uvis expressum erat passum, etc.

MURGISONEM. Ex scholio Vergiliano (Aen. 11, 378) hausit Gloss. Abstr MU 27 Mur-
giso : callidus murmurator vel fallax. Cadit igitur Scaligeri emendatio (call. morator)
eius glossae a Goetzio iniuria Placido assignatae. Cf. Gloss. ps.- Plac. Murgiso : irrisor,
lusor. Ex Festo discimus I longam esse, murgiso. Hucine redit gl. corrupta Abav. (= Philox.)
MU30 Muscinarius : inutilis *ἄχρηστος* ?

MURMILLONICA. Aliter infra, s. v. Retiario (358, 9 murmillonicum genus armaturae
Gallicum est, ipsique murmillones ante Galli appellabantur, in quorum galeis piscis effi-
gies inerat).

(Paul.) *Murtea corona* Papirius usus est quod Sardos in campis Murteis superasset.

(Paul.) *Mussare* murmurare. Ennius (Ann. 182) :

<intus> in occulto mussabat
vulgo vere pro tacere dicitur, ut idem Ennius (Ann. 446) :

non decet (possunt) mussare bonos(-i).

(Paul.) *Mucia prata* trans Tiberim dicta a Muoio, cui a populo data fuerant pro eo quod Porsenam Etruscorum regem sua constantia ab Urbe dimovit.

(Paul.) *Mugionia porta* Romae dicta est a Mugio<ne> quodam qui eidem tuendae praefuit.

(Paul.) *Muginari* est nugari et quasi tarde conari. <.. *Muginatio*>.

(Paul.) *Mustricula* est machinula ex regulis in qua calceus novus suitur. Afranius (419) :

mustriculum in dentes inpingam tibi.

(Paul.) *Myoparo* genus navigii ex duobus dissimilibus formatum. Nam et mydion (?) et paron per se sunt.

(Paul.) *Minucia porta* appellata est eo quod proxima esset sacello Minucii.

(Paul.) *Martias Kalendas* matronae celebrabant quod eo die Iunonis Lucinae aedes coli coepta erat.

(Paul.) *Mavortem* poetae dicunt Martem.

(Paul.) *Magnum annum* dicunt mathematici quo septem sidera errantia expletis propriis cursibus sibimet concordant.

MURTEA. Cf. infra, s. v. Ovalis Corona (213, 8 est murtea, quam habebant qui ovantes introibant cum bella non erant indicta aut sine sanguine confecta). Quid est lemma Murtea Corona nisi altera pars lemmatis Ovalis Corona, alphabeticae ordinationis causa disrupta ?

MUSSARE. Cf. infra, s. v. Summussi (384, 19 .. Ennius in sexto Annalium « intus in occulto mussabat »). Hausitne ex Festo Serv. auct. Geo. 4, 188 : Mussant hic murmurant, quae vox ponitur et in tacendi significatione, ut apud Ennium in XVII « non possunt mussare boni », etc. ?

MUCIA PRATA. Cf. Liv. 2, 13.

MUGIONIA PORTA. Aliter Varr. L. L. 5, 164 : Praeterea intra muros video portas dici in Palatio Mucionis (Mug.) a mugitu, quod ea pecus in bucita<cir> cum oppidum exigebant, alteram Romanulam, etc. ; Vit. Pop. Rom. I (ap. Non 531, 19) : In Palatio ad portam Mugionis.

MUGINARI. Hinc Gloss. Abol. MU 16 Muginatur : nugatur aut cunctatur sine effectum. Verbum, ne Ciceronis quidem tempore ignotum, tractat Nonius (139, 4, ubi legendum est, ni fallor, Muginari morari ; non cum codd. ' Muginari murmurare '), citatis et Atta et Lucilio (294) :

muginamur, molimur, subducimur,

quem verum recte interpretatus est Leo, Goett. Anz. 1906, p. 848. Addidi ex Gloss. Ansil. (= Abol.) MU 10 Mugillatio (-ginatio) : tarditas.

MYOPARONES. Cf. infra, s. v. Parones (248, 22 navium genus, ad cuius similitudinem myoparo vocatur). mydion] Cf. Heraeus (Rhein. Mus. 54, 307)

MINUCIA Cf. supra, s. v. (109, 15).

MARTIAS. Cf. Fast. Praenest : Feriae Marti Iunoni Lucinae Esquiliis, quod eo die aedis ei <dedica>ta est per matronas, quam voverat Albin<ia>.. vel uxor si puerum.. que ipsa. matronae] De Matronalibus cf. Macrob. 6, 4, 13 ; Serv. Aen. 8, 638.

MAVORTEM. Hinc Gloss. Abol. MA 57-59 Mavors : Mars ; Mavortia res : quae ad pugnam pertinet ?

MAGNUM ANNUM. Cf. Serv. Aen. 3, 284.

(Paul.) *Medius fidius* compositum videtur et significare Iovis filius, id est Hercules, quod Iovem Graece Δία et nos Iovem, ac fidium pro filio quod saepe antea pro L littera D utebantur. Quidam existimant iusiurandum esse per divi fidem; quidam per diurni temporis, id est diei, fidem.

(Paul.) *Mortem obisse* ea consuetudine dicitur qua dixerunt antiqui ob Romam legiones ductas et ob Troiam duxit exercitum pro ad; similiterque *vadimonium obisse* dicimus, id est ad vadimonium isse, et *obviam* ad viam.

Manuos in carminibus Saliaribus Aelius [Stilo] significare ait bonos, ut inferi di *Manes* pro boni dicantur a suppliciter eos venerantibus propter metum mortis, ut *immanes* quoque pro valde <non bonis> dicantur.

(Paul.) *Manues* Aurelius significare ait bonos; unde di *Manes* pro boni dicuntur a suppliciter eos venerantibus propter metum mortis, ut *inmanes* quoque pro valde non bonis dicuntur.

Muscercdas prima syllaba producta dicebant antiqui stercus murum.

(Paul.) *Muscercdas* prima syllaba producta stercus murum appellant.

Mapalia casae Poenicae appellantur; in

quibus quia nihil est secreti, solet solute viventibus obici id vocabulum. Cato Originum libro quarto (2): *Mapalia* vocantur ubi habitant; ea quasi cohortes rotundae sunt.

(Paul.) *Mapalia* casae Poenicae appellantur; in quibus quia nihil est secreti, solet id vocabulum solute viventibus obici. Sunt enim *mapalia* quasi cohortes rotundae. Cohortes cortes.

Metelli (-alli) dicuntur in lege militari quasi mercennarii. Accius Annali XXVII (2):

calones famulique metellique (-allique) caculaeque.

A quo genere hominum Caeciliae familiae cognomen putat ductum **.

(Paul.) *Metalli* dicuntur in re militari quasi mercennarii. Accius in Annalibus « calones famulique metellique caculaeque ». A quo genere hominum Caeciliae familiae cognomen putatur ductum.

« *Manum et mentum* » proverbium est ex Graeco ductum, quod est: πολλὰ μετὰ ξὺ <πέλει> κύλικος καὶ χεῖλος ἄκρου.

Calchantem vitis serentem quidam augur vicinus praeteriens dixit errare; non enim ei fas esse novum vinum **.

(Paul.) *Mulis* celebrantur ludi in Circo

MEDIUS FIDIUS. Hinc Gloss. Abol. ME 42 *Medius fidius*: iusiurandum Gentilium per Iovem et fidem vel per Herculem Iovis filium; id veteres loquuntur. Cf. Varr. L. L. 5, 66: Aelius Dium Fidium dicebat Diovis filium, ut Graeci Διόσκορον Castorem, et putabat hunc esse Saneum ab Sabina. lingua et Herculem a Graeca. Cf. infra, s. v. Praebia (276, 11 Saneus.. Dius Fidius vocatur). pro L litt. D] Vide supra ad Ancaesa (18, 21).

OB. Cf. infra, s. v. (188, 1 alias pro ad, ut Ennius « ob Romam noctu legiones ducere coepit » et « ob Troiam duxit »).

MANES. Vide supra, ad Mane (112, 24), Manare (115, 1), Cf. infra, s. v. Matrem Matutam (154, 10).

MUSCERDAS. Hinc gl. disrupta et fortasse truncata Abol. MU 7 (cum Gloss. AA) *Muscercdae*: stercus murinum; *muscercdas* dicebant antiqui. Cf. infra, s. v. *Sucercdae* (390, 24).

METELLI. Hinc gl. male habita Abol. ME 8 (cum Gloss. Ansil. ME 579) *Metellus*: mercennarius; *metalli* dicuntur in lege m<ilitari>. Quae gl. in Gloss. AA est *Metellus*: mercennarius a merendo (metendo?). Hinc etiam Gloss. Philox. ME 69 *Metellus*: μίσθιος (fortasse revera 48 et 59 *Metellus*: mercennarius, μισθοφόρος, μίσθιος).

mazimo Consualibus quia id genus quadrupedum primum putatur coeptum curru vehiculoque adiungi.

(Paul.) *Mais Idibus mercatorum dies festus* erat quod eo die Mercurii aedes esset dedicata.

Minusculae Quinquatrus appellantur Id. Iun. quod is dies festus est tibicinum, qui colunt Minervam cuius deae proprie festus dies est Quinquatrus mense Martio.

(Paul.) Minusculae Quinquatrus appellabantur Idus Iun. quod is dies festus erat tibicinum qui Minervam colebant. Quinquatrus proprie dies festus erat Minervae Martio mense.

Muli Mariani dici solent a C. Mari instituto cuius milites in furca interposita tabella varicosius onera sua portare adsuverant.

(Paul.) Muli Mariani dici solent a Mario instituti, cuius milites in furca interposita tabella varicosius onera sua portare adsuverant.

SEX. POMPEI FESTI LIBER XIII

Mulus <vehiculo Lunae habetur quod tam> ea sterilis sit quam mulus; vel quod, ut mulus non suo genere sed equis creetur, sic ea solis non suo fulgore luceat.

(Paul.) Mulus vehiculo lunae habetur quod tam ea sterilis sit quam mulus; vel quod, ut mulus non suo genere sed equis creatur, sic ea solis non suo fulgore luceat.

Murciae deae sacellum **

(Paul.) Murciae deae sacellum erat sub monte Aventino, quia antea *Murcus* vocabatur.

(Paul.) *Membrum abscidi mortuo* dicebatur cum digitus eius decidebatur ad quod servatum iusta fierent reliquo corpore combusto.

(Paul.) *Monodus* appellatus est Prusiae filius qui unum os habuit dentium loco. Similiter habuit et Pyrrhus rex Epirotarum.

(Paul.) *Minotauri* effigies inter signa militaria est quod non minus occulta esse

MAIS IDIBUS Cf. supra, s. v. Maius Mensis (120, 6 a Maia, quod Mercurio filio eius res divinae <Idibus> fiant sollemnes).

MINUSCULAE QUINQUATRUS, Cf. Varr. L. L. 6, 17.

MULI MARIANI. Cf. supra, s. v. Aerumnulas (22, 13 Plautus refert fureillas quibus religatas sarcinas viatores gerebant; quarum usum quia Gaius Marius retulit, muli Mariani postea appellabantur).

MULUS VEHICULO LUNAE. Cf. Pausan, 5, 11, 3.

MURCIAE DEAE. Cf. Varr. L. L. 5, 154: Intumus circus ad Murciae vocatur, ut Proculus aiebat, ab urceis quod is locus esset inter figulos; alii dicunt a murteto declinatum quod ibi id fuerit; cuius vestigium manet quod ibi est sacellum etiam nunc Murteae Veneris Hausitne ex Festo Serv. auct. Aen. 8, 636: Vallis autem ipsa ubi Circenses editi sunt ideo Murcia dicta est quia quidam vicinum montem Murcum appellatum volunt; alii quod fanum Veneris Verticordiae ibi fuerit circa quod nemus e murtetis fuisset, immutata littera Murciam appellatam; alii Murciam a mureido, quod est marcidum, dictam volunt; pars a dea Murcia quae, cum ibi Bacchanalia essent, furorem sacri ipsius murcidum faceret? Si hausit, planam viam cernis inter lemma Murciae et lemma Membrum Abscidi, nam Ammianus dicit (15, 12, 3): Nec eorum aliquando quisquam, ut in Italia, munus Martium pertimescens pollicem sibi praecidit, quod localiter murcos appellant.

MONODUS. vel μονόδους. Cf. Plin. N. H. 7, 69.

MINOTAURI. Huc potest revocari gl. Ansil. MI 118, si vera forma est Minotaurus: monstrum quod ex Minoe et Tauro natum fuit (non 'ex homine et tauro'). Cf. infra, s. v. Porci Effigies (266, 16 inter militaria signa quintum locum obtinebat quia, etc.).

debent consilia ducum quam fuit domicilium eius labyrinthus. Minotaurus putatur esse genitus cum Pasiphae Minois regis uxor dicitur concubuisse cum tauro. Sed adfirmant alii Taurum fuisse nomen adulteri.

(Paul.) *Manius* praenomen dictum est ab eo quod mane quis initio natus sit, ut *Lucius* qui luce.

(Paul.) *Maniae gentis patriciae decreto nemo ex ea Marcus appellatur* quod M. Manlius, qui Capitolium a Gallis defenderat, cum regnum adfectasset damnatus necatusque est.

(Paul.) *Maiores flamines* appellabantur patricii generis, *minores* plebei.

(Paul.) *Millus* (-um ?) collare canum venaticorum factum ex corio confixumque clavis ferreis eminentibus adversus impetum luporum. Scipio Aemilianus ad Populum « vobis » inquit « reique publicae praesidio erit is quasi millus cani ».

(Paul.) *Moenia* praeter aedificia signi-

ficant etiam et *munia*, hoc est officia.

(Paul.) *Magnificissima* dicebant antiqui pro magnificentissima. Revera enim 'magnificens' dici non potest, unde magnificentissima videtur deduci.

(Paul.) *Manceps* dicitur qui quid a populo emit conducitve quia manu sublata significat se auctorem emptionis esse. Qui idem *praes* dicitur quia tam debet praestare populo quod promisit quam is qui pro eo praes factus est.

Martius mensis initium anni fuit et in Latio et post Romam conditam, quod ea gens erat bellicosissima. Cuius rei testimonium est quod posteriores menses, qui annum finiunt, a numero appellati ultimum habent Decembrem. <Masculino genere parentem appellabant antiqui etiam matrem> ** « *Malo cruce* » masculino genere cum dixit Gracchus in oratione quae est in P. Popillium posteriore, tam repraesentavit antiquam consuetudinem quam *hunc frontem* ; atque *hunc stirpem* idem

LUCIUS. Vide supra, s. v. (106, 21 praenomen est eius qui primum fuit, quia oriente luce natus est). Ecce iterum eandem doctrinam alphabetice dispersam ! Coniungit nomina Luc. Man. etiam Lib. de Praen. 5.

MANIUS. Cf. Lib. de Praen. 5 : Manii qui mane editi erant, vel ominis causa quasi boni ; manum enim antiqui bonum dicebant.

MANLIAE. Eadem habes supra, s. v. M. Manlium (112, 20 patriciae familiae neminem vocari licuit post eum Manlium qui Gallos a Capitolio depulit, quod is regnum occupare conatus necatusque est).

MAIORES FLAMINES. cf. infra, s. v. Maximae Dignationis (144, 11 flamen Dialis est inter quindecim flamines... minimi habetur Pomonalis).

MILLUS. Hinc Gloss. Corp. (= Abol.) M 215 Millum : collare [m] canis. Sed ' melium ' Varr. R. R. 2, 9, 15 : Ne vulnerentur a bestiis inponuntur his collaria quae vocantur melium, id est cingulum circa collum ex corio firmo cum clavulis capitatis, quae intra capita insuitur pellis mollis ne noceat collo duritia ferri.

MOENIA. Fere eadem habes supra, s. v. (128, 25).

MAGNIFICISSIMA. Cf. infra, s. v. Magnificius (142, 5 pro magnificentius usurpavit Cato, etc.) et, quod proximum lemma est, Munificior (quoque Cato... cum dicamus nunc munificentior, quamvis ' munificens ' non sit in usu, etc.).

MANCEPS. Cf. supra, s. v. (115, 19 dictus quod manu capiat).

PRAES. Cf. infra, s. v. (249, 20).

HUNC FRONTEM. Cf. supra, s. v. Frontem (80, 12 antiqui masculino genere dixere).

HUNC STIRPEM. Cf. infra, s. v. Stirpem (412, 13 masculino genere antiqui, etc.).

antiqui dixerunt, et rursus *hanc lupum, hanc metum*. Item cum idem in Pompeium et matronas ait : Eo exemplo instituto (-tus ?) dignus fuit qui malo cruce periret.

(Paul.) Masculino genere parentem appellabant antiqui etiam matrem. Masculino genere dicebant crucem, ut est illud Gracchi : Dignus fuit qui malo cruce periret. Masculine etiam dicebant et frontem et alia multa similiter.

<Mutae litterae> ** <oratorem aut tragoedum> mutum dicimus ; aut quod nullius fiant vocis cum in eas litteras inoidant.

Metaphoram quam Graeci vocant nos *tralat-ionem*, id est domo mutuatum verbum : quo utimur, inquit Verrius in (?).. (4 litt.).. ne saepius quidem honesti ac deo <oris ob causas>, ut speciosiora atque al-tiora> significan-tes alieno> quam proprio vo-cabulo potius> rem indi-

cemus, <quod etsi> redit ad sua <m originem tamen> e> tralatam manebit (?) quo pervenit.. (13 litt.).. ac alieno perinde ac suo ab.. (10 litt.)..

Metaplasticos dicitur apud p<oetas usurpari id> quod propter necessitatem metri.. (10 litt.).. ut quod idem barbaris <mus dicitur in solu>ta oratione conscribenda>.. (26 litt.)..

Meta-.. (13 litt.).. ca a cariore .. (21 litt.).. perventura.. (10 litt.).. quod.. (10 litt.).. dicare ait Ennius.. (7 litt.).. id est.. (24 litt.).. *Meta-*.. (6 litt.).. <du>abus ut .. (4 litt.).. accip .. (12 litt.).. gratia si nec d.. (4 litt.).. iat .. (7 litt.).. prim-a>t.. eptam necessitate.

Metonymia est tropus cum ab eo quod continet significatur id quod continetur, aut superior <r>es inferiore et inferior superiore. Quae continet quod continetur, ut Ennius cum ait (Ann. 310) :

Africa terribili tremis (-it ?) horrida terra tumultu.

HANC LUPUM. Vide supra, ad Coriis (53, 1).

HANC METUM. Cf. supra, s. v. Metus (110, 16 feminine dicebant. Ennius, etc.).

MUTAE LITTERAE. Vide supra, s. v. Mutas (126, 25 quasdam e litteris appellatas quidam putant quod positae in ultimis partibus orationis obmutescere cogant loquentem ; quidam quod parvae exiguaeque sint vocis, ut quando mutum oratorem aut tragoedum dicimus) ; infra, s. v. Muta (140, 2).

mutum] *Hic incipit codex Festi. Sed primae paginae lacerae ac male habitae vix leguntur* Quibus quoniam nuper iterum operam dedit v. d. Ribezzo (Rivista Indo-greco-italica 6, 18 [1922]), eum testem sequor, sicut prius Abelium sum secutus.

METAPHORAM. Verrius] A Verrio igitur tamquam fonte haec series grammaticorum lemmatum emanavit, Masculino Genere, Mutae Litterae, Metaphoram, etc. Scripsitne etiam Artem Grammaticam ? [in] Urs. : i Rib. Ver. in<oratio>ne docti. An <Plerumque> redit adsua <m domum quod es>t tral. ; man. quo perv. <tamen apud poet>as al. per. ac. suo ab<uti solitos> ? Sed te moneo laceram hic (et in sequentibus) hiare paginam, ita ut vix liqueat quot desint litterae.

METAPLASTICOS. Cf. Cominianus ap. Charis. 265, 1 : Consuetudo hunc tantum barbarismum appellat qui fit in una parte orationis.. sed hoc vitium in soluta oratione nomen suum retinet, ceterum apud poetas metaplasms vocatur. An met. <nove mutet>ur ?

META<LEMSIS> ? Nam in grammaticorum Artibus solet haec figura praecedere figurae 'Metonymia', v. g. Charis. 273, 5 Metalepsis est dictio per gradus homonymiae ad propriam significationem descendens, ut « speluncis abdidit atris » (Aen. 1, 60), ab atris enim nigrae intelleguntur, et ex nigris tenebras habentes, et ex hoc in praeceps profundae. Metonymia est, etc. An Meta<lemsis rhetori>ca a cariore <ad vilem rem, inde ad vi-liorem> perv. <descensio> .. si nec d<efin>iat <neque ex>prim-a>t ?

Ab eo quod continetur id quod continet,
ut cum dicitur « epota amphora vini ».
A superiore re inferior, ut Ennius (Ann.
487) :

cum magno strepitu Volcanum ventus
vegebat.

Ab inferiore superior, ut (Plaut. Aul.
737 a ?) :

<quia> persuasit animo vinum, deus qui
multo est maximus.

Masculina et feminina vocabula dici melius
est secundum Graecorum quoque consue-
tudinem, qui non ἀνδρικά et γυναικεῖα
ea, sed ἀρσενικά dicunt et θηλυκά >..
(10 litt.).

« Martoni<s aurum redditum> ».. (16 litt.)..
to ait ; quod <videtur hoc significare
matronis> fuisse re<stitutum aurum ex
quo P. R. crateram fecerat> et eam
A<pollini Delphos miserat> ; ut est testi-
monio in<dex tabella : Quod quidem
aurum dederunt ma>trona<e orna-
tui demptum suo ut votum solveretur>
Apolloni. Qui<dam dicunt de eo potius
esse intellegendum> quod contu<lerunt
olim matronae ad Capitolium> a Gallis
Senoni<bus liberandum ; id eis postea
reddi>tum est a pop<ulo Romano>.

(Paul.) « Matronis aurum redditum »

cum legitur, hoc significare videtur quia
matronae contulerunt ornatus sui au-
rum ad Capitolium a Gallis Senonibus
liberandum, quibus post est redditum
a populo Romano.

<Magistrare pro regere et> temperare dic..
(25 litt.).. erare quidam.. (24 litt.)..
(Paul.) Magistrare regere et temperare
est.

Mutu.. (35 litt.).. nisi voce .. (29 litt.)..
multo .. (25 litt.).. intellego .. (30 litt.)..
rem.. (4 litt.).. as dici.. (22 litt.).. ut cui
potius con.. (24 litt.)..

M<ille ?> singulariter di .. (20 litt.).. non
aliter dicimus cum.. (11 litt.)..

<Municas> item comunicas dicit ..
(19 litt.).. amina (omnia ?).. (6 litt.)..
(Paul.) Municas pro comunicas di-
cebant.

<Mancipatus et adoptatus> ut patri<s>
sui heres e<sse desinit, ita eius qui ad p>-
tet tam heres est quam <ex eo natus.
Sed et adrogatus, qui> in potestate
alie<na>.. (20 litt.).. et suus heres ut
p.. (20 litt.).. <Ser.> Sulpicius (15) in
ea oratio<ne quam habuit contra Messa-
lam> pro Aufidia.

Multifa<cere> antiqui dicebant sicut> magni-
face<re, item et> pa<rificare> ; ut

MASCULINA ET FEMININA. melius] quam ' virilia et muliebria ', ut Varro (v. g. L. L.
10, 30 : Virilia et muliebria et neutra).

MATRONIS AURUM REDDITUM. Cf. infra, s. v. Pilentis et Carpentis per Urbem Vehi
Matronis Concessum Est (282, 26 quod, cum aurum non reperiretur ex voto quod Camillus
voverat Apollini Delphico, contulerunt). Cf. Liv. 5, 25 ; 6, 4 ; 5, 50 ; Plin. N. H. 33, 14.

Apolloni] Haec declinatio etiam infra (436, 33 parasi Apollonis) apparet.

MAGISTRARE. Cf. supra, s. v. Magisterare (113, 11 moderari) ; infra, s. v. Magisteria
(140, 24).

erare] incipit versum. Non potuit verbum magisterare inter duos versus dividi aliter
quam magi sterare aut magis terare. Potuit peierare.

MUTA. Cf. supra, s. vv. Mutas (126, 25), Mutae Litterae (136, 21).

MILLE. De constructione verborum ' mille est ' pro ' mille sunt ' disputat Gell. 1, 16.
De orthographia ' mille ', ' milia ', Varr. L. L. 9, 82. Ni fallor, M. littera, nota numeralis est
in codice. Mille igitur legendum, non Moene (cf. supra s. v. 128. 22, singulariter dixit En-
nius.. « hostium pro moene »), quod ut legamus suadet sequens lemma Municas. di-] vel du-.

MUNICAS. Cf. ps.- Plac. Moenicare: communicare ; dictum a moeniis, id est operibus.

MANCIPATUS ET ADOPTATUS. suppl. Huschke, Iur. Antejustin., p. 36. Etiam haec ;
alie<na non est, adrogatoris fit filius> et su. he. ut p<atris naturalis. Haec ait Ser.> Sulp.

Cato> in ea quam <scripsit contra Q. Minucium Thermum de> X hominibus (3): <Neque fidem neque iusiurandum> neque pud <icitiam multifacit>.. (13 litt.).. <Id merito ab usu recessit quia qua>n-titas <nec desiderat multitudinem nec conti>netur nu<mero>.

(Paul.) Multifacere dicitur sicut magni-facere et parvifacere. Cato : Ne-que fidem neque iusiurandum neque pudicitiam multifacit. Quod merito ab usu recessit quia quan-titas numero non aestimatur nec desiderat multitudinem.

<Magisteria dicuntur in omnibus> rebus qui ma<gis ceteris possunt, ut magis-terium e>quitum ; et <magistros populi, item ludorum Apo>llinis dixe<runt antiqui, quae nunc aliter di>cuntur, velit (-lut) <ostendit Cato in oratione quam dix>it contra o<rationem>.. (18 litt.)..

(Paul.) Magisteria dicuntur in omni-bus rebus qui magis ceteris pos-sunt, ut magisterium equitum.

Maledi<ctores dicebantur ab antiquis quos> nos appellamus <maledicos. Cato (frag. dub. 2)> .. (14 litt.).. Hispania re.. (23 litt.)

(Paul.) Maledictores dicebantur ab antiquis qui nunc maledici.

Mihipte pro mihi <ipsi Cato posuit>.. (12 litt.).. decuit talen.. (27 litt.).. versia atque.. (27 litt.).. entia item a **.

(Paul.) Mihipte Cato pro mihi ipsi posuit.

<Mansuetum dicimus, sed mansuete>m Cato in epistola (2) <ad filium> .. (18 litt.) .. mansues ad **

(Paul.) Mansues pro mansuetus.

<Meritaver>e saepe merue<re dixit Cato>.. (10 litt.).. <Po>enorum IIII Suf<fetes>.. (15 litt.).. nis cohortes, omnis .. (25 litt.).. averunt (-re ?).

(Paul.) Meritavere idem Cato ait pro meruere.

Magni<ficius pro magnificentius usur-p>avit Cato in ea quam <scripsit de pascenda musta a>gna (3) : Quis homo.. (20 litt.).. l pulchrius purgat <aut magni-ficius ? Nunc magnifice>ntius dicimus, cum mag<nifice eius positivus sit.> At ne-pos eius in ea <quam scripsit>.. (7 litt.).. « tamen » ait « cum aedilis.. (15 litt.).. <Magnae Ma>tris ludos magni<fi-centius>.. (12 litt.)..

(Paul.) Magnificius idem ipse pro magnificentius dixit. Et non frustra ; nam positivus eius magnifice est.

Munificior quoque <identidem Cato dixit> a munifice (-oo), cum dicamus <nunc munificentior, quam>vis ' munificens ' non sit <in usu> .. (16 litt.).. in ea quam scripsit id.. (20 litt.).. munificior q.. s.. (26 litt.)..

(Paul.) Munificior a munifico iden-tidem Cato dixit, cum nunc muni-

MAGISTERIA. Cf. supra, s. v. Magisterare (113, 11 moderari ; unde magistri non solum doctores artium, sed etiam ... equitum dicuntur, quia omnes hi magis ceteris possunt). Cf. Varr. L. L. 5, 82.

MANSUETEM. Huc revoco Gloss. Ansil. (= Abol.) MA 685 Mansu<e>s : mansuetus. Suspicio ex hac glossa alteram prave esse fictam (MA 668 Mansa : mansueta), quamvis habeat Gloss. AA Mansa : masticata.

MERITAVERE. <evocaverunt statim om>nīs coh., omnis<etiam qui stipendia merit>-averunt docti.

MAGNIFICIUS. Cf. supra, s. v. Magnificissima (137, 9 dicebant antiqui pro magnifi-centissima ; re enim vera ' magnificens ' dici non potest, unde magnificentissima videtur deduci).

aed.] <curulis esset, Magnae Ma>tris u gni<ficius quam ali fecit> docti.

MUNIFICIOR. q.. s (non q.. o) Abel.

ficentior dicamus, quamvis muni-
ficiens non sit in usu.

Mediocriculo usus est in ea quam dixit Cato in consulatu (12) : Ridibundum magistratum genere (ger-), pauculos homines, medicoriculum exercitum obvium (-am ?) duci.

(Paul.) *Mediocriculus* ipse qui supra posuit cum ait : Ridibundum magistratum, pauculos homines, medicoriculum exercitum obviam duci.

Mutini Titini sacellum fuit in Veliis adversum murum Mustellinum inangi<portu>, de quo aris sublati balnearia sunt <f>acta domus Cn. D<omitii> Calvinii, cum mansisset ab Urbe condita <ad pri>ncipatum Augusti <Caesaris inviolatum religioseque> et sancte cultum <fuisse>, ut ex *Pontificum libris*> manifestum est, <in quibus significatur fuisse ad sacrarium s>extum et vicensimum dextra v<ia iuxta diver>ticulum.. (9 litt.).. ubi et oolitur et <mulieres sacrificant> in e<o togis praetextis> v<e>la<tae>.

(Paul.) *Mutini Titini sacellum* Romae fuit, cui mulieres velatae togis praetextatis soiebant sacrificare.

<*Matronae a magistra*>tibus non summove<bantur>, ne pulsari contre>ctarive viderentur neve gra<vidae concuterentur>. Ob> quam <etiam ca>usam ait Verrius <neque earum viros> sedentes cum uxoribus de essedo escen<dere (de- ?) coac>tos a magistratibus, quod communi vehiculo vehitur vir et uxor.

(Paul.) *Matronae a magistratibus* non summovebantur, ne pulsari contractarive viderentur neve gravidae concuterentur. Sed nec viri earum sedentes cum uxoribus in vehiculo descendere cogeantur.

Minuitur populo luctus aedis dedicatione, cum censores lustrum condiderunt, cum votum publice susceptum solvitur ; privatis autem, cum liberi nati sunt, cum honos in familia<m> venit, cum parens aut liberi aut vir aut frater ab hoste captus domum redit, cum <puella> desponsa est, cum prop[r]iore quis cognatione quam is qui lugetur natus est, cum in casto Cereris est, omnique gratulatione.

(Paul.) *Minuebatur populo luctus* aedis dedicatione, cum a censoribus lustrum condebatur, cum votum publice susceptum solvebatur ; privatis autem, cum liberi nascerentur, cum honos in familia veniret, cum pater aut liberi aut vir aut frater ab hoste captus domum rediret, cum puella desponsaretur, cum proprio quis cognatione quam is qui lugeretur natus esset, cum in casto Cereris constitiissent.

Maximae dignationis flamen Dialis est inter quindecim flamines, et cum cetera (-ri) discrimina maiestatis suae habeant, minimi habetur Pomonalis quod Pomona levissimo fructui agrorum praesidet promis.

MUTINI. -in- ; cf. Lucil. 78 (moetino) et Marx ad loc. Cf. Herter (Rhein. Mus. 76, 418) Sed huc pertinere Fulg. Serm. 14 (Varro in Pontificalibus ait tutulos sacerdotes dici brevium deorum, etc.) minime constat. Prorsus alienum videtur esse illud Tutanus — ab eo quod est tutari — Varronis ap. Non. 47, 26. Cf. Reitzenstein (Verrianische Forschungen 43). Tut-Thurneysen (Rh. Mus. 77, 336).

MATRONAE. Cf. Reitzenstein (Verrianische Forschungen 44).

MINUITUR POPULO LUCTUS. casto] castu *Pascal* (Herm. 30, 548).

MAXIMAE DIGNATIONIS FLAMEN. Cf. infra, s. v. Ordo Sacerdotum (198, 29 aestimatur deorum ordine, ut deus maximus quisque ; maximus videtur Rex, dein Dialis... Rex quia potentissimus, Dialis quia universi mundi sacerdos, qui appellatur dium, etc.). Et vide supra ad Curiales Flamines (56, 7).

(Paul.) Maximae dignationis flamen
Dialis est inter quindecim flamines
et cum cetera disorimina maiestas
suae habeant, minimi habeatur
Pomonalis quod Pomona levis-
simo fructui agrorum praesidet,
id est pomis.

Mundus, ut ait Capito Ateius in lib. VI
Pontificali (9), ter in anno patere solet
diebus his : postridie Volkanalia et a.
d. <III Non. Oct. et a. d.> VI Id.
Nov. Qui quid ita dicatur sic refert
Cato in Commentariis Iuris Civilis (1) :
Mundo nomen inpositum est ab eo
mundo qui supra nos est ; forma enim
eius est (ut) ex [h]is qui intravere
cognoscere potui, adsimilis illae. Eius
inferiorem partem, veluti consecratam
Dis Manibus clausam omni tempore nisi
[h]is diebus qui supra scripti sunt maio-
res c<ensuerunt habenda>m. Quos dies
etiam religiosos iudicaverunt ea de
causa quod, quo tempore ea quae occul-
tae et abditae religionis Deorum Ma-
nium essent veluti in lucem quandam
adducerentur et patefierent, nihil eo
tempore in republica geri voluerunt.
Itaque per eos dies non cum hoste ma-
nus conserebant, non exercitus scribeba-
tur, non comitia habebantur, non
aliud quicquam in republica, nisi quod
ultima necessitas admonebat, adminis-
trabatur.

(Paul.) Mundum Gentiles ter in anno
patere putabant diebus his : pos-
tridie Vulcanalia et ante diem
tertium Nonas Octobris et ante

diem sextum Idus Novembris.
Inferiorem enim eius partem con-
secratam dis Manibus arbitantes
clausam omni tempore praeter
hos dies qui supra scripti sunt.
Quos dies etiam religiosos iudi-
caverunt ea de causa, quod his
diebus ea quae occulta et abditae
religionis Deorum Manium essent
in lucem adducerentur et patefie-
rent : nihil eo tempore in republica
geri voluerunt. Itaque per hos
dies non cum hoste manu conse-
rebatur, non exercitus scribeba-
tur, non comitia habebantur, non
aliud quicquam in republica, nisi
quod ultima necessitas exegisset,
ministrabatur.

Mos est <institutum pa>trium, id est
memoria veterum, pertinens maxime ad
religiones <caerim>oniasque antiquo-
rum.

(Paul.) Mos est institutum patrum
pertinens maxime ad religiones
caerimoniasque antiquorum.

(Macrob.) Iulius Festus de Verborum
Significationibus libro tertio de-
cimo : Mos est institutum patrum
pertinens ad religiones caerimo-
niasque maiorum.

Milium quidam putant cepisse nomen
maxima<e> nummarum (numeratorum)
summa<e>, quae est mille. Quod alii
Graecae stirpis iudicant esse, cum id illi
κέγχρον vocent, — tam hercules quam
panicum μέλινον.

Municipalia sacra vocantur quae ab initio

MUNDUS. Cf. supra, s. v. (126, 5.. qui ter in anno solet patere : VIII Kal. Sept et III
Non. Octobr. et VI Id. Novembr.).|| Volkanalia] a. d. X Kal. Sept. Cf. Varr. ap. Macrob. 1,
16, 18 : Mundus cum patet, deorum tristium atque inferum quasi ianua patet ; propterea
non modo proelium committi verum etiam dilectum rei militaris causa habere ac militem
proficisci, navim solvere, uxorem liberum quaerendorum gratia ducere religiosum est.

MOS. Macrob. Sat. 3, 8, 9. Coniunge cum 364, 34 Ritus, Receptus Mos, Religiosi.

MILIUM. Cf. Isid. Etym. 17, 3, 12 : Milium a multitudine fructus vocatum.|| alii] Varro
L. L. 5, 106 : Milium a Graeco ; nam id μέλινον.|| tam hero .. μέλ.] Festo adscribit Reitzens-
tein (Verrianiische Forschungen 106).

MUNICIPALIA SACRA. Coniunge cum Publica Sacra (284, 19). Cf. supra, s. v. Muni-
ceps (126, 20).

habuerunt ante civitatem Romanam acceptam. Quae observare eos voluerunt pontifices et eo more facere quo adfuis-
sent (adsuissent) antiquitus.

(Paul.) Municipalia sacra vocabantur quae ante Urbem conditam colebantur.

Minora templa fiunt ab auguribus cum loca aliqua tabulis aut linteis sepiuntur, ne uno amplius ostio pateant, certis verbis definita. Itaque *templum* est locus ita effatus aut ita septus ut ex una parte pateat angulosque adfixos habeat ad terram.

Manalis fons appellatur ab auguribus puteus perennis, neque tamen spiciendus videtur, quia flumen id spiciatur quod sua sponte in amnem influat.

Manes Di ab auguribus invocantur quod i per omnia aetheria terrenaque ma<nare credantur. Idem di su>peri atque inferi <dicebantur> .. (12 litt.).. augures quod sanctis .. (20 litt.).. minis.

(Paul.) Manes Di ab auguribus vocabantur quod eos per omnia manare credebant, eosque deos superos atque inferos dicebant.

Ma-.. (30 litt.).. r. p. public.. (26 litt.).. rae imperi .. (26 litt.).. sae consensu.. (26 litt.).. populi comit.. (26 litt.).. ut capere eam.. (26 litt.).. cer<t>ove ex .. (29 litt.).. at tempus ad mi.. (9 litt.)..

<Monstra dicuntur na>turae modum e<gredientia, ut serpens cum pedibus>, avis cum quat <tuor alis, homo cum duobus capitibus>, iecur cum dist <abuit in coquendo>.

(Paul.) Monstra dicuntur naturae modum egredientia, ut serpens cum pedibus, avis cum quattuor alis, homo duobus capitibus, iecur cum distabuit in coquendo.

<Muta exta> dicuntur quibus non .. (25 litt.).. responsi .. (24 litt.).. <Ad>iutoria quae.. (22 litt.).. <indi>cant aut ab in<cedio ut caveamus aut> a veneno talique <re certum aliquod manifestumque> instare periculum< ; item quae r. p. portendunt> finium deminution.

(Paul.) Muta exta appellabant ex quibus nil divinationis animadvertabant.

<Minora itemque ma>iora auspicia quae d<icantur docet Messala (1) ; nam>

TEMPLUM. Cf. supra, s. v. Contemplari (34, 9 dictum est a templo, id est loco qui ab omni parte aspici vel ex quo omnis pars videri potest, quem antiqui templum nominabant). Cf. Varr. L. L. 7, 8 sqq.

MANALIS FONDS. Cf. supra, s. v. Manalem Fontem (115, 4 dici pro eo quod aqua ex eo semper manet).

MANES DI. Cf. supra, s. vv. Manare (115, 1), Manias (115, 16.. Manes deos deasque quod aut ab inferis ad superos emanant aut, etc.). An <quos supplicant> aug. quod sancti s<int venerabilisque no>minis ?

MONSTRA. Hinc Gloss. AA (= Abol.) Monstrum : quod absque natura nascitur, ut aves cum quattuor alis.

Cf. infra, s. v. Portenta Rerum (284, 30) et in parte ii O-capituli, s. v. Ostenta ; supra, s. v. Monstrum (122, 7).

MUTA EXTA. adiut.] Cf. Caecinna ap. Senecam Nat. 2, 49, 1 ; Monitoria fulgura, quibus docetur quid cavendum sit ; .. auxiliaaria, quae invocata, sed advocantium bono veniunt.

Cf. infra, s. v. Regalia Exta (366, 14 appellantur quae potentibus insperatum honorem pollicentur, privatis et humilioribus hereditates, filio familiae dominationem).||quibus ne <que divinationis aliquid neque deorum> responsi <inesse animadvertunt ; contra ad>iut. quae <certum aliquid eventurum indi>cant docti.

MINORA ET MAIORA AUSPICIA. Vide supra ad Caelestia Auguria (56, 16). Cf. Mes-

maiora consulum praetorum censorum dici ait ; re>liquorum minora ; cum illi <maiores, hi autem minores> res magistratus dici <consueverint>.

<Men>sae in aedibus sacris ara<rum vicem obtinent quia> legibus earum omnium s.. (18 litt.).. ut velut in aram vel in .. (19 litt.).. vati quoque in primis.. (21 litt.).. ubi sacras habituri s<int men>sas>.. (10 litt.).. parentatio non sacrifici.. (18 litt.).. magno or.. (30 litt.).. a me... a tenebat (?) aram.

(Paul.) Mensae in aedibus sacris ararum vicem optinebant.

<?> **s stetit pro regno.. (22 litt.).. Veranius in libro .. (7 litt.).. <de Verbis Pontifici>cum (14), quod ei summae.. (27 litt.).. causam Grae.. (30 litt.).. eo autem non**.

<Mutae et sem>ivocales <antiqui non duplicabant in so>ribendo, aut.. (24 litt.).. <scrip>sisse in eo.. (25 litt.).. duplicata sit **.

<Manu mitti dicitur> ser. (servus) sacrorum <causa cum dominus eius tenens

m>odo caput, <modo membrum aliud eiusdem servi ita> dicit : Hunc <hominem liberum esse volo, ac>pró eo auri [C] <puri probi profani mei solvam si>usquam digre <diatur a sacris cum fuerit iuris> sui. Dum his ser<vum>.. (12 litt.).. <e manu homi>nem liberum mit<tit>.

(Paul.) Manu mitti servus dicebatur cum dominus eius, aut caput eiusdem servi aut aliud membrum tenens dicebat « hunc hominem liberum esse volo », et emittebat eum e manu.

<Moscellis>.. (7 litt.).. <par>vis qui (que ?) moribus dixit <Cato>.. (21 litt.)..

(Paul.) Moscellis Cato pro parvis moribus dixit.

Migrare mensa <quae loco sacro esset d>isque templi posita <inauspdatum apud antiquos habebat> tur cum sequitur sua.. (9 litt.).. <Mensas aiunt q>uidam fuisse in tri<viis poni solitas quae sint tri>viales appellatae.

sala de Auspiciis I (ap Gell. 13, 15) : Patriciorum auspicia in duas sunt divisa potestates ; maxima sunt consulum praetorum censorum, ... reliquorum magistratuum minora sunt auspicia ; ideo illi ' minores ', hi ' maiores ' magistratus appellantur. Aliter Serv. auct. Aen. 3, 374.

MENSAE. Vide supra ad Curiales Mensae (56, 21). s<imul mensae dedicantur> docti. <pri>vati qu. in pr. <salina et patellas apponunt> docti. <in quibus> par. non sacrificium fieri possit> docti.

<?> Si tibi Muelleriana (cf. Gell. 1, 16) placent supplementa, haec habe : « Millejurbium protinus> stetit pro reg. » <dixisse ait..> Ver... sum. <antiquitatis esse videtur ; eique> cau. Grae<cus sermo dedisse, χαλὰς πόλεων> eo au. non <amplius uti Latinos>.

MUTAS. Cf. infra, s. v. Solitaurilia (374, 3 si a sollo et tauris earum hostiarum ductum est nomen antiquae consuetudinis, per unum L enuntiarum non est mirum, quia nulla tunc geminabatur littera in scribendo ; quam consuetudinem Ennius mutavisse fertur, utpote Graecus Graeco more usus, quod illi aequae scribentes ac legentes duplicabant mutas semi<vocales et liquidas>).

An aut <siquid duplicare vellent, scrip>sisse in eo <dicuntur sicilicum, qua nota> dup. sit <littera> ? Cf. Isid. Etym. 1, 27, 29 : Sic et ubi litterae consonantes geminabantur, sicilicum superponebant ut cel'a ter'a as'eres ; veteres enim non duplicabant litteras sed supra sicilicos adponebant, qua nota admonebatur lector geminandam esse litteram.

MANU MITTI. dicit hunc cod. teste Momms : edicite hunc cod. teste Urs. tum is ser<vum circumagit et e manu homi>nem docti Cf. infra, s. v. Puri Probi Profani Sui Auri (296, 31 dicitur in manumissione servorum sacrorum causa).

MIGRARE MENSA. cum sequatur sua <inigrantem poena> docti.

<Mente captus dicitur cum mens> ex hominis potestate <abit ; et idem appellatur de>mens [qui] quod de sua <mente decesserit, et amens quod> a mente [mente] abierit.

(Paul.) Mente captus dicitur cum mens ex hominis potestate abit ; et idem demens, quod de sua mente decesserit, et amens, quod a mente abierit.

<Manare solem> .. (6 litt.).. <s>olitotes esse antiquos <dicere ait Verrius> cum solis orientis radi <splendorem iacere coep>issent, atque ideo primum <diei tempus mane dictum ; quam> vis magis addicitur (-du-) <ut credat a mano bono man>e, id est a maturo, quod id <bonum est quod maturum est> ; unde et Matutam di.. (21 litt.).. is.

(Paul.) Manare solem dicebant antiqui cum solis orientis radii splendorem iacere coepissent ; a quo et dictum putabant mane. Alii dictum mane putant ab eo quod manum bonum dicebant.

Mamertini appel<lati sunt ha>e de causa : cum [de]toto Samnio gravis incidisset pestilentia, Sthennius Mettius eius gentis princeps convocata civium suorum contione exposuit se vidisse in quiete praecipientem Apollinem ut, si vellent eo malo liberari, ver sacrum voverent, id est quaecumque vere proximo nata essent immolaturos sibi. Quo facto levatis post annum vicensimum deinde eiusdem gene-

ris incessit pestilentia. Ru<r>sum itaque consultus Apollo respondit non esse persolutum ab his votum, quod homines immolati non essent ; quos si expulissent, certe fore ut ea clade liberarentur. Itaque iussi patria decedere, cum in parte ea Si<ciliae> consedisent quae <nun>o Tauricana dicitur, forte <labo>rantibus bello no<v>o Messane<n>sibus auxilio venerunt ultro eosque a<b eo> liberarunt provinciales. Quod ob <me>ritum eorum ut gratiam referrent, et in suum corpus communionemque agrorum invitarunt eos, et nomen acceperunt unum ut dicerentur Mamertini, quod coniectis in sortem duodecim deorum nominibus Mammers forte exierat, qui lingua Oscanum Mars significatur. Cuius historiae auctor est Alfius libro primo Belli Carthaginiensis.

Murrata potione usos antiquos indicio est quod etiam nunc aediles per supplicationes dis addunt ad pulvinaria, et quod XII tabulis (10,6) cavetur ne mortuo indatur, ut ait Varro in Antiquitatum lib. I.

(Paul.) Murrata potione usi sunt antiqui, sed postea adsuerunt murrā dis suis libare ; ideoque XII tabulis est cautum ne mortuo inderetur.

Muger dici solet a castrensiū (-sibus) hominibus, quasi muccosus, is qui talis male ludit.

(Paul.) Muger muccosus.

Muri<es> est, quemadmodum Veranius (11) docet, ea quae fit ex sali sordido in pila

MANE. Cf. supra, s. v. (112, 24) ; infra, s. v. Mater Matuta (154, 10 Manis, mane.. diotae videntur, ut ait Verrius, quia sint bona, qualia scilicet sint quae sunt matura).

MANO. Cf. supra, s. v. Manuos (132,3).

MATUTAM. Cf. supra, s. v. Matrem Matutam (109, 4). An di<ci Matrem et malos imman>is ? Cf. Non. 66, 8 : Manum dicitur clarum ; unde etiam mane post tenebras noctis diei pars prima ; inde Matuta quae Graece Λευκοθέα ; nam inde volunt etiam deos Manes manes appellari, id est bonos.. inde immanes, non boni, ut saepe.

MAMERTINI. Cf. Strabo VI p. 268. [Alfius] cf. Cichorius (Roem. Stud. 58).

VER SACRUM. Cf. infra, s. v. (519, 31).

MAMERS. Cf. supra, s. v. (117, 23).

MURRATA POTIONE. Cf. supra, s. v. Murrinam (130, 4).

MURIES. Cf. Varr. (ap. Non. 223, 17 Sale, neutro gen.) : In commentario veteri Fabi

pisato et in ollam fictilem coniecto ibique operto gypsatoque et in furno percocto ; cui Virgines Vestales serra ferrea secto et in seriam coniecto, quae est intus in aede Vestae in penu exteriori, aquam iugem vel quamlibet praeterquam quae per fistulas venit addent (—unt) atque ea demum in sacrificiis utuntur.

(Paul.) Muries dicebatur sal in pila tunsum et in ollam fictilem coniectum et in furno percoctum, quo dehinc in aquam misso Vestales Virgines utebantur in sacrificio.

Mortuae pecudis corio calceos aut soleas fieri Flaminicis nefas habetur, sed aut occisae alioqui aut immolatae, quoniam sua morte extincta omnia funesta sunt.

(Paul.) Mortuae pecudis corio calceos fieri flaminibus nefas habebatur, quoniam sua morte extincta omnia funesta aestimabantur.

Me pro mihi dicebant antiqui, ut Ennius cum ait lib. II (125) :

si quid me fuerit humanitus, ut teneatis,

et Lucilius (1227) :

nunc ad te redeo ut quae res me impendat agatur.

(Paul.) *Me pro mihi* dicebant antiqui.

Minorum pontificum maximus dicitur qui primus in id collegium venit ; item minimus, qui novissimus.

Malevoli Mercurii signum erat proximo Ianum qui item (qua iter ?) erat in Turdellis M...os, ... l c.. (14 litt.)..] appellabatur. Malevoli autem quod in nullius tabernam spectabat.

" *Malluvium latum* " in commentario

sacrorum significat manus qui lavet. A quo *malluviae* dicuntur quibus manus sunt laetae, perinde ut quibus pedes *pelluviae*.

(Paul.) Malluvium dicitur quo manus lavantur. Malluviae, quibus manus sunt lotae ; pelluviae, quibus pedes.

Maximum praetorem dici putant ali eum qui maximi imperi sit ; ali, qui [a] aetatis maximae. Pro collegio quidem augurum decretum est, quod in salutis augurio praetores maiores et minores appellantur non ad aetatem, sed ad vim imperii pertinere.

Mortis causa stipulatio existimatur fieri, ut ait Antistius Labeo (30), quae ita fit ut morte promissoris confirmetur aut, ut quidam dixerunt, cuius stipulationis mors fuit causa.

Marspedis, sive sine R littera *Maspedis* in precatione solitaurilium quod (quid) significet ne Messalla quidem augur in explanatione auguriorum (9) reperire se potuisse ait.

Maiorem consulem L. Caesar (Auspio. 4) putat dici vel eum penes quem fasces sint vel eum qui prior factus sit ; *praetorem* autem *maiorem* urbanum, minores ceteros.

(Paul.) Maior consul dicitur vel is penes quem fasces sunt vel is qui prior factus est. Praetor autem maior urbanus, minores ceteri.

Mendicium dici Verrius putat a mente> eius quam fefellerit fortuna, vel quod precetur quemque> ut vitae suae medeatur cibo>.

(Paul.) Mendicum dici Verrius putat

Pictoris legi « muries fit ex sale, quod sale sordidum pistum est et in ollam rudem fictilem adiectum est » ; et postea « id sale Virgines Vestales serra ferrea secant ».

MORTUAE PECUDIS. Vide supra ad Flamen Dialis (77, 28). Cf. Serv. auct. Aen. 4, 518 : Sane Flaminicae non licebat neque calceos neque soleas morticinae habere ; morticinae autem dicuntur quae de pecudibus sua sponte mortuis fiebant, etc.

ME PRO MIHI. Immo abl., acc. pro dat.

PELLUVIAE. Cf. infra, s. v. (225, 12 quibus pedes lavantur, ut malluviae quibus manus) ; s. v. Polubrum (286, 28).

MAXIMUM PRAETOREM. salut. aug.] cf. Blumenthal (Herm. 49, 246).

a mente eius quam fefellerit fortuna vel quod precetur quemque ut vitae suae medeatur cibo.

<(Paul.) *Municipium* id genus hominum dicitur qui cum Romam venissent neque cives Romani essent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum una cum Romanis civibus, praeterquam de suffragio ferendo aut magistratu capiando ; sicut fuerunt Fundani Formiani Cumani Acerrani Lanuvini Tusculani, qui post aliquot annos cives Romani effecti sunt. Alio modo, cum id genus hominum definitur quorum civitas universa in civitatem Romanam venit, ut Aricini Caerites Anagnini. Tertio, cum id genus hominum definitur qui ad civitatem Romanam ita venerunt uti municipia essent sua cuiusque civitatis et coloniae, ut Tiburtes Praenestini Pisani Urbinates Nolani Bononienses Placentini Nepesini Sutri Lucenses (Locr-).>

<*Mater Matuta*,> *Manis*, <*mane*, *matrimonium*, *materfamilias*,> *matertera*, <*matrices*, *materiae* dictae videntur,> ut ait Ve<rrius, quia sint bona, qualia scilicet> sint quae <sunt matura. Ego potius a matre,> quae est ori<ginis Graecae>.. (15 litt.).

(Paul.) *Mater Matuta*, *Manis*, *mane*, *matrimonium*, *materfamilias*, *matertera*, *matrices*, *materiae* dictae videntur, ut ait Verrius, quia

sint bona, qualia scilicet sint quae sunt matura ; vel potius a matre, quae est originis Graecae.

<*Modo*> quodam, id<est ratione, dicuntur omnia ista : a modo> fit *commodi*<tas, *commodus*, *commodat*, *accommo*>dat, *modi*<ce, *modestia*, *moderatio*, *modi*>ficatio.

(Paul.) *Modo* quodam, id est ratione, dicuntur omnia ista : modo fit *commoditas*, *commodus*, *commodat*, *accommodat*, *modice*, *modestia*, *moderatio*, *modificatio*.

II. Ex GLOSSARIIS ET SCHOLIIS.

(Gloss. Philox. MA 36) *Malatus* : στρυγνός ἀρχαίως.

? (Gloss. Abba) *Messala* : agricola, messor.

(Gloss. Philox. MU 55) *Mussiat* : διακρίνει (δακρύει ?) βρέφος.

(Gloss. Philox. MU 56) *Muttonium* : προβασκάνιον Λουκίλ[λ]ιος (959.)

N

I. Ex CODICE FESTI.

N[a]enia est <carmen quod in funere laudandi> gratia can<tatur ad tibias et fides. Unde *Afra*>nus in *Materte*<ris> (218) :

.. (20 litt.). <exse>quias eant.

MATER MATUTA. Cf. supra, s. v. (109, 4).

MUNICIPIUM. Haec Festus utrum hic posuerit an alibi non liquet. Cf. supra, s. v. *Municeps* (126, 20).

MUSSIAT. Cf. Heraeus (Arch. lat. Lex. 13, 171).

MUTTONIUM. Cf. Porphy. Sat. 1, 2, 68.

NENIA. credi-] vel credu-. ||naen. esto] vel naenia m<a>esto.

Hinc, ni fallor, Gloss. Abol. NE 17, 28 *Nenias* : delerament s ed proprie *nenia* carmen funebre ; Gloss. Philox. NA 7, NE 32 *Naenia* : ἀνοία, ἐπιτάφιος ᾠδή. Incertae originis est Gloss. Ansil. NE 292 *Neniae* : novissima cantica quae ad mortuum dicuntur. Sed huc certe redit Gloss. Ansil. (= Abol.) NE 435 *Nete* : othardum ultima. Cf. Varr. Vit. Pop. Rom. IV (ap. Non. 145, 26) : Ibi a muliere quae optima voce esset perquam laudari ; dein *neniam* cantari solitam ad tibias et fides ; Diomed. p. 485, 5 K. : Apud Romanos autem id carmen quod cum lamentatione extremum atque ultimum mortuo accinitur παρὰ τὸ νελάτον, id est ἑσχατον ; unde et in chordis extremus nervus appellatus est νήτη.

<Sunt qui eo verbo finem sig>nificari credi<derunt, ut ait Plautus in Pseudolo> (1278) :

abi (ubi) ergo <circumvortor, cado ; id fuit naenia ludo> ;

idem (Truc. 213) :

huic hom<ini amanti mea era apud vos naeniam> dixit domi.

Et ap.. (24 litt.).. <« nae>niam esto ». Quosdam <constat inde ducere verbum> quod ei voci sim<ilior querimonia flentium> sit. Quidam aiunt nae<niae ductum nomen ab extre>mi intestini voca<bulo>.. (19 litt.).. nio utitur Plautus <in Bacchidibus> (887) :

<si tibi est ma>chaera, at nobis <veruina est domi,

qua quidem>te reddam, u<bi tu me irritaveris,

confossio>rem soricina nenia.

<Et cum nimis laudemus mortuum quan>do efferim<us eu>m, <deleramenta naenias dicimus>. Graeci νέανον dicunt extremum ; est quoque chor>darum ultima <νήτη>.. (11. litt.).. <voce extremam cantionis neni<am appellarunt>.

(Paul.) Nenia est carmen quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam. Sunt qui eo verbo finem significari putant. Quidam volunt neniam ideo dici quod voci simi-

lior querimonia flentium sit. Quidam aiunt neniae ductum nomen ab extremi intestini vocabulo ; Graeci enim νέανον extremum dicunt ; sive quod cordarum ultima νήτη dicitur, extremam cantionis vocem neniam appellarunt.

<Neniae deae> sacellum ultra portam <Viminalem>.. (27 litt.).. <dedicavi>t aedificulam.

(Paul.) Neniae deae sacellum extra portam Viminalem fuerat dedicatum.

<Navali corona solet donari qui pri>mus in hostium <navem armatus transilierit cuiusve> opera ma<nuve navis hostium capta> fuerit. Adeptus> est eam M. <Terentius Varro bello piratico dant>e Cn. Pom<peio. Primus eam accepit C.> Atilius bel<lo Punico primo, ut a Naevio narra>tum est in car<mine Belli Punici> (37) .. (12 litt.).. <e>onsuetudi.. (25 litt.).. <no>minabantur **.

(Paul.) Navali corona solet donari qui primus in hostium navem armatus transilierit.

Pro nulla <re necullam rem, pro non eunt nec eu>nt, ut nec<opinum dixerunt. Ita nefrendes ait Q. Muci>us Scaevola (16) <esse arietes, quod dentibus frendere non pos>sint ; Ateius <Capito (26) infantes esse nondum fre>ndentes, id est <fran-

NENIAE DEAE. Cf. Arnob. adv. Nat. 4, 7 : In tutela sunt Naeniae quibus extrema sunt tempora.

NAVALI CORONA. Cur in serie NE est ? Supplevit Cichorius (Roem. Stud. 33), qui novo lemmati ea quae sequuntur ascribit. Ex Verrione hausit Gellius (5, 6 : Navalis corona est qua donari solet maritimo proelio qui primus in hostium navem vi armatus transiluit ; ea quasi navium rostris insignita est ; et muralis autem et castrensis et navalis fieri ex auro solent ?

NEC. Cf. infra, s. v. (158, 30 positam esse ab antiquis pro non, etc.). Nec op.] cf. Gloss. Abol. NE 36 Nec opinum : non expectatum, id est contra opinionem.

NEFRENDDES. Hincine Gloss. AA (= Abol.) Nefrendes : infantes sine dentes ? Cf. Isid. Etym. 20, 16, 1 : Unde et nefrendes dicti adhuc lactantes porculi quod nondum aliquid frendant, id est comminuant dentibus ; Terent. Scav. p. 12, 3 K. : Nefrendes porcos qui sunt sine dentibus ; Varr. R. R. 2, 4, 17. Amisso nomine lactantes dicuntur nefrendes ab eo quod nondum fabam frendere possunt, id est frangere (de porcis dicit).

FRENDENTES. Cf. supra, s. v. Frendere (81, 8 est frangere).

gentes. Unde Livius dixi>t (trag. 38) :
quem ego non <frendem alui lacteam
inmulgen>s opem ;

et < « nefrendes poroi ». At tamen> prae
(pro ?) nefrendibus <alii *nefrundines*
intellegunt, quos> usus recens <dicat
vel renes vel testicul>os, quos Lanu-
<vini appellant *nebrundine>s*, Graeci
νεφροός, Praenestini *nefrones*. Ita *ne>ce-*
rim (?) neo eum.

(Paul.) Nefrendes arietes dixerunt
quod dentibus frendere non pos-
sint. Alii dicunt nefrendes infan-
tes esse nondum frendentes, id est
frangentes. Livius « Quem ego
nefrendem alui lacteam inmulgens
opem ». Sunt qui nefrendes testi-
culos dici putent, quos Lanu-
vini appellant *nebrundines*, Graeci
νεφροός, Praenestini *nefrones*. Nec
eunt non eunt. Nec erim nec eum.

<*Nemora* significant silv>as amoenas ;
va<let enim id quod Graece νέμος, cuius
voc>abuli auctor Ho<merus cum dicit
in Iliade> (11, 480) :

ἐν νέμει σκίε<ρῶ ἐπὶ τε λῖν ἔμβλαε δαί>
μων,

dubium non<est quin eum designet lo-
cu>m qui campos et pascua <habeat.
Nέμος enim a Graecis διὰ>τὸ νομάς
εἶναι ἐν αὐ<τῶ> .. (18 litt.).

(Paul.) *Nemora* significant silvas amoe-
nas.

<*N>emut nisi etiam vel <nempe. Naevius
in carmine Bell>i Punici cum ait (58) :*
nemut.. (20 litt.). aerumnas.

(Paul.) *Nemut* nisi etiam vel *nempe*.

Neminis <genetivo casu Cato usus est> :
Et quis diceret, cum sit <neminis ? Idem

de aedilibus> vitio creatis (2) : *Nemi-*
nisque.. (12 litt.). <Enni>us Erectheo
(180) :

lapideo sunt corde multi quos non mi-
seret neminis.

(Paul.) *Neminis* genetivo casu Cato usus
est cum dixit : Sunt multi corde
quos non miseret neminis (!).

Nemo compositum videtur ex *ne* et *homo*,
quod confirmatur magis quia in persona
semper ponitur nec pluraliter formari
solet, quia intellegitur pro nullo.

(Paul.) *Nemo* nec *homo*.

Neci *datus* proprie dicitur qui sine vulnere
interfectus est, ut veneno aut fame.

(Paul.) *Neci* *datus* proprie dicitur qui
sine vulnere interfectus est, ut
veneno aut fame.

Necessarium ait esse Opillus Aurelius in
quo non sit cessandum, aut sine quo vivi
non possit, aut sine quo non bene viva-
tur, aut quod non possit prohibere (-ri ?)
quin fiat.

(Paul.) *Necessarium* in quo non sit
cessandum.

Necessari sunt, ut Gallus Aelius ait (8), qui
aut cognati aut adfines sunt, in quos
necessaria officia conferuntur praeter
caeteros.

(Paul.) *Necessarii* dicuntur cognati aut
adfines, in quos necessaria officia
conferuntur.

Neclegens dictus est non legens neque dilec-
tum habens quid facere debeat, omissa
ratione officii sui.

(Paul.) *Neclegens* non legens neque
electum habens quid debeat facere.

Nec coniunctionem grammatici fere dicunt
esse disiunctivam, ut ' nec legit nec scri-

NEFRUNDINES. Cf. infra, s. v. Rienes (342, 36 quos nunc vocamus antiqui *nefrun-*
dines appellabant, quia Graeci νεφροός eos vocant).

NEMINIS. I nunc, credule, Paulo fidem da et Catonem fabulam iambicis senariis scrip-
sisse adfirma.

NECI DATUS. Cf. infra, s. vv. *Necem* (184, 28) ; *Occisum* a *Necato* Distingui (190, 6...
alterum a caedendo atque ictu fieri dicunt, alterum sine ictu).

NECESSARIUM. scil. quasi (i) *ne- cess-*, (ii) *nec- ess-* !

NEC. *adorat*] Cf. supra, s. v. *Adorare* (17, 26 apud antiquos significabat agere).

bit' ; cum, si diligentius inspicatur, ut fecit Sinius Capito, intellegi possit eam positam esse ab antiquis pro non, ut et in XII est (5, 7) : Ast ei custos nec escit. Item (8, 16) : Si adorat furto quod nec manifestum erit. Et apud Plautum in Phasmate (Most. 240) :

nec reote si illi dixeris ;

et Turpilius in Demetrio (24) :

nec recte dici mihi quae iam dudum audio.

(Paul.) Nec coniunctio disiunctiva est, ut ' nec legit nec scribit '. Ponitur et pro non. Turpilius « nec recte dici mihi iam dudum audio ».

Necumquem nec umquam quemquam.

(Paul.) *Necumquem* ne umquam quemquam.

Nequalia detrimenta. ? < *Nequam* qui ne tanti quidem est quam quod habetur minimi. >

(Paul.) *Nequalia* detrimenta.

Nequam qui ne tanti quidem est quam quod habetur minimi.

Nequinont pro nequeunt, ut *solinunt ferunt* pro solent (?) et ferunt, dicebant antiqui. Livius in Odissia (13) :

partim errant, nequunt (-nont) Graeciam redire.

(Paul.) *Nequinont* nequeunt.

Nequitum et *nequitur* pro non posse dicebant, ut Pacuvius cum ait (390) :

sed cum contendit nequitum ut (vi ?), clam tendenda est plaga ;

Plautus in Satyrione (112) :

retrahi nequitur quoquo progressa est semel ;

et Cato Originum lib. I (23) : Fana in eo loco conpluria fuere ; ea exauguravit, praeterquam quod Termino fanum fuit ; id nequitum exaugurari.

(Paul.) *Nequitum* et *nequitur* pro non posse dixerunt.

Nequiquam significare idem quod frustra plurimis auctorum exemplis manifestum est.

(Paul.) *Nequiquam* frustra.

Nectere ligare significat, et est apud plurimos auctores frequens ; quin etiam in commentario sacrorum usurpatur hoc modo « pontifex minor ex stramentis *napuras* nectito », id est funiculos facito quibus sues adnectantur.

(Paul.) *Nectere* ligare.

Nectar Graece significat deorum potionem.

Unde Vergilius ait (Aen. 1, 433) :

stipant, et dulci distendunt nectare cellas,

item Lucretius lib. II (847) :

et nardi florem, nectar qui naribus halet.

(Paul.) *Nectar* Graece significat deorum potionem.

Non pridem aequè et recte et frequenter dicitur ac iampridem, quampridem.

“ *Nequam aurum est auris quod vi[s] vehementius ambit.* ” Hoc versu Lucilius (1220) significare ait Sinius Capito nequam esse aurum quod auris laedat

NEQUAM. post Ningulus (184, 17) Paul. Hincine Gloss. corrupt. Abol. NE 37 quam sic restituo, Nequam : malus, Nequissimus : pessimus, Nequitia : malitia, Nequiter : male ?

NEQUINONT. Hinc Gloss. Abol. NE 22 Nequinunt : pro nequeunt ut < solinunt pro > solent ; nequinunt Graeciam redire. || solent]. Rectius, ut videtur, infra, s. v. Solino (476, 25 Messalla ait esse consulo). De his formis (3 plur. praes. ind.) vide supra, ad Explenunt (70, 3 explent).

NEQUITUM. ut] malim sit vi. Nam nequitum veri similis est quam nequitum. (Ter. Hec. 572 iamb. octon. ; Acc. trag. 663 anap. octonar.).

NAPURAS. Cf. infra, s. v. « Napuras Nectito » (168, 26 cum dixit pontifex, funiculi ex stramentis fiunt).

NECTAR. Cf. supra, s. v. Murrinam (130, 4). Hinc Gloss. Abol. NE 41 Nectar : potio deorum.

NON PRIDEM. Cur in serie NE est ?

vel pondere inaurium, cum mollissima pars auris inciditur ; vel ex auro intelligi pecuniam, cuius respectu et nimia cupiditate homines ad peccandum adduci.

(Paul.) « Nequam aurum est, auris quodvis vehementius ambit. » Hoc versu Lucilius significare videtur nequam esse aurum quod aures laedat pondere inaurium, cum auris inciditur ; vel etiam cupiditatem pecuniae voluit significare.

Nec mulieri nec gremio credi oportere proverbium est, quod et illa incerti et levis animi est, et plerumque in gremio posita, cum in oblivionem venerunt exsurgentium, procidunt.

Nexum est, ut ait Gallus Aelius (9), quodcumque per aes et libram geritur, id quod *necti* dicitur. Quo in genere sunt haec : testamenti factio, nexi dando (datio), nexi liberanto (-atio).

Nervum appellamus etiam ferreum vinculum quo pedes inpediuntur, quamquam Plautus eo etiam cervices vinciri ait (inc. fr. 32) :

perfidiose captus edepol nervo cervices probat (?).

(Paul.) *Nervum* appellamus etiam ferreum vinculum quo pedes vel etiam cervices inpediuntur.

Nexum aes apud antiquos dicebatur pecunia quae per nexum obligatur.

Negumate in carmine Cn. Marci vatis significat negare cum ait (3) :

quamvis moventium (no-) duonum negumate.

(Paul.) *Negumate* negare.

Negritu in auguris significat (-atur ?) aegritudo.

Nebulo dictus est, ut ait Aelius Stilo, qui non pluris est quam nebula, aut qui non facile perspicui possit qualis sit, nequam nugator.

(Paul.) *Nebulo* dictus est qui non pluris est quam nebula, aut qui non facile perspicui possit qualis sit, nequam nugator.

Negibundum a <ntiqui pro negante dixerunt. Cato in>ea quam scripsit.. (23 litt.)..

« negibundus.. (27 litt.)..

(Paul.) *Negibundum* pro negante dixerunt.

Ne utiquam pro <nullo modo dici testis est Ennius> cum ait (trag. 32) :

sed <mihi ne utiquam cor consentit cum oculo>lorum aspectu>.

.. (24 litt.).. « ne utiquam **

(Paul.) *Neutiquam* pro nullo modo.

<*Nepotes* dicti aut quia scorpius a> Tusceis dicitur <*nepa* ; aut ideo luxuriosae vitae> homines a<ppellati quod non magis his res> sua famil<iaris curae est quam is quibus pater avusque>vivunt ; quod <nomen ductum ab eo quod natus post patri> sit quam fil<ius. Quidam, inter

NEXUM. Cf. infra, s. v. Nexum Aes (162, 4). Cf. Varr. L. L. 7, 105 : In Colace (Plaut. fr. iv) « nexum » Manilius scribit omne quod per libram et aes geritur, in quo sint mancipia ; Mucius quae per aes et libram fiant ut oblige[n]tur praeter quom principio de<n>tur ; hoc verius esse ipsum verbum ostendit de quo quaerit ; nam id aes quod obligatur per libram neque suum fit, inde nexum dictum ; liber qui suas operas in servitute pro pecunia quam debebat, dum solveret, nexus vocatur, ut ab aere obaeratus ; hoc C. Poetelio Libone Visolo dictatore sublatum ne fieret, et omnes qui bonam copiam iurarunt ne essent nexi dissoluti.

NEXUM AES. An ante Nervum transponend. ?

NEGUMATE. Novent. duon.] i. e. nuntium bonum.

NEGRITU. ' quasi nec ritu ' Mueller. An sig. nigritudine ?

NEGIBUNDUM. An ex ' negabundum ', ut calēfactum ex calēfactum ?

NEPOTES. Cf. infra, s. v. Nepa (Afrorum lingua sidus quod dicitur nostris Cancer vel, ut quidam, Scorpius).

quos Aristar>chus interpre<s Homeri, Graecum putant qui τειοῖσι νε>πρόδεσσιν <έρολην> afferunt ex Apollonio (Arg. 4, 1745).

(Paul.) Nepotes luxuriosae vitae homines appellati quod non magis his rei suae familiaris cura est quam is quibus pater avusque vivunt. Nepos compositum ab eo quod natus post sit patri quam filius.

<Nefas>ti dies nom<inantur N littera notati ; quibus ei>aput quem 1<ege agitur fari non licet tria verba 'do dico> addico '. N. P. <quinefasti poste>riores sunt, q<uibus>.. (21 litt.).. liberati sunt.. (25 litt.).. unt et in provin<cias ire licet ; sacra quoque> instituta fiunt <et vota nuncupata solvi> et aedes sacrari so<lent>.

(Paul.) Nefasti dies N littera notantur.

<Nepa Afrorum lingua> sidus quod dicitur nostris C<ancer vel, ut quidam,> Scorpis. Plautus in <Casina> (443) :

<recessim dabo me> ad parietem, imita<bor nepam>.

(Paul.) Nepa Afrorumlinguasidus quod Cancer appellatur vel, ut quidam volunt, Scorpis. Plautus « dabo me ad parietem, imitabor nepam ».

? <Nepus non purus>

(Paul.) Nepus non purus.

Nesi pro sine (sin ?) positum <est in lege dedicationis arae> Dianae Aventinen<sis>.

<Nauteam ait Opi>llus Aurelius herbae <genus esse granis nigris> qua coriari utuntur <aqua addita ; a nave duc>tum nomen, quia nauseam fa<cit, permutatione T et> S litterarum interme<diarum antiquis consueta>. Plautus in Artemone (7) :

.. (18 litt.).. <mu>lionum nauteam fecisset **.

** lem atque (aquae ?) aro.. (4 litt.).. <Idem Curculione> (99) :

<nam omnium u>nguentum o<dor prae tuo nautea est,

et in Casina> (1018) :

<ei>pro scorto sup<ponetur hircus unctus nautea>.

<Labe>o in Commen<tario Iuris Pontifici (8) ait rubi>dum quiddam <esse quo pontificum vestimenta quaedam> colorant.

(Paul.) Nautea herba granis nigris qua coriarii utuntur ; a nave ductum nomen, quia nauseam facit, per mutationem T et S.

<Natio> .. (24 litt.).. s natum. Cin<cius (22) genus hominum qui non aliunde vener>unt, sed ibi <nati sunt> .. (19 litt.).. ationem ait.. (29 litt.).. nibus sete<tiam> .. (24 litt.).. us seiuncti.. (17 litt.).. <Sinnius Capi>to omnia fe<re genera hominum per nationes dividi, ut Picent>es Sabinos <esse gente, natione Picentes. In pecori>bus quoque bonus <proventus feturae bona natio dicitur>.

NEFASTI DIES. q<uorum pars anterior fas ; his servi> lib. sunt, <exercitus scribuntur, delectus fi>unt docti. Cf. Varr. L. L. 6, 30 : Contrarii horum (scil. comitialium) vocantur dies nefasti, per quos dies nefas fari praetorem DO DICO ADDICO ; itaque non potest agi ; necesse est aliquo uti verbo cum lege quid peragitur Cf. supra, s. v. Fastis Diebus (83, 6).

NEPA. Cf. supra, s. v. Nepotes.

NEPUS. Vide ne sit nil nisi fictum etymon vocis nepos, a Paulo fortasse additum.

NAUTEAM. Hinc Gloss. Philox. NA 41 Nautea : ὀσμὴ βύβρης. Cf. ps.— Plac. (ad Curc. 99 ?) Nautea : aqua corii foetida, in qua corium maceratur.

NATIO. Vix huc revocand. gl. mira Ansil. NA 121 Nationes : vagi homines in montibus habitantes sine lege atque rectore. Haec fere suppleverunt docti : <Natio in eadem terra hominum genu>s.. <nati sunt significari ait idemque n>ationem ait <non tantum univ<ersum de om>nibus set e<tiam de singularibus hominib>us seiuncte <dici solere. Sinnius autem Capi>to, etc.

(Paul.) *Natio* genus hominum qui non aliunde venerunt, sed ibi nati sunt. In pecoribus quoque bonus proventus feturae bona *natio* dicitur.

Nautiorum *fa*<*milia* a Troianis dicitur oriunda>. Eorum princeps.. (27 litt.).. que aeneum *Mi*<*nervae*>.. (15 litt.).. <sup>lioare soliti. <Unde ipsa quoque dea *Nautia* vo> cabatur <hac> de cau-<sa>.. (22 litt.).. conductique ab.. (25 litt.).. ianam oppugna.. (20 litt.).. missus L. Caecilius <Metellus>.. (13 litt.).. fectus esset, missi.. (21 litt.).. um de foedere viola<to>.. (21 litt.).. us, P. Veturius, qui.. (21 litt.).. refectionem oorpo.. (19 litt.).. <co>nseidissent, Brutti.. (20 litt.).. s Romanis erat, bello.. (20 litt.).. ficit : inde a principe <Naute familia Nautia> appellata est.

(Paul.) *Nautiorum* familia a Troianis dicitur oriunda.

Nati<*natio* dicitur negoti>atio, et *natinatores* <discordiam vel seditionem> gerentes. M. Cato in <Orig. lib. V scripsit (inc. 31) : Audito tu>multu Macedonae, Etruriam, Samnites, Lucanos inter se natinari atque factiones esse.

(Paul.) *Natinatio* dicebatur negotiatio, et *natinatores* ex eo seditiosi.

Naccae appellantur vulgo fullones, ut ait Curiatius, quod *nauci* non sint, id quod est nullius. preti. Idem sentit et Cincius (23). Quidam aiunt quod omnia fere opera ex lana *νᾶχη* dicantur a Graecis. (Paul.) *Naccae* appellantur fullones

quod *nauci* non sint, id est nullius pretii. Omnia fere opera ex lana *naccae* dicuntur a Graecis.

Naucum ait Ateius Philologus poni pro nugis ; Cincius (24) quod oleae nucisque intussit ; Aelius Stilo omnium rerum putamen ; glosematorum autem scriptores fabae grani quod haereat in fabulo. Quidam ex Graeco quod sit *ναλ καλ οὖχι* levem hominem significari. Quidam nucis iugulandis, quam Verrius iugulandam vocat, medium velut dissepimentum. Plautus in *Parasito* Pigno (109) :

ambò magna laude lauti, postremo
ambo sumus non nauci ;

item in *Mostellaria* (1042) :

quod id esse dicam verbum *nauci* nescio,
et in *Truculento* (611) :

amas hominem non nauci.

Et Naevius [et] in *Tunicularia* (105) :

eius noctem nauco ducere.

Sed <et> Ennius (sc. 423 V.) :

illio est nugator nihili non *nauci* homo ;

(Paul.) *Naucus* pro nugis ponitur,

alias pro oleae aut nucis nucleo.

Alii omnium rerum putamen ita

appellari volunt. Quidam ex Graeco quod sit *ναλ καλ οὖχι* levem

hominem significari volentes. Quidam volunt sic appellari membra-

nulam quae in nucis iugulandis

est medio.

Nares appellari putant quod per ea nasi foramina odoris cuiusque nari fiamus.

Narita est genus piscis minuti. Plautus

(fr. 33) :

NAUTIORUM FAMILIA. Cf. Serv. Aen. 5, 704 (tum senior Nautes) : Ipse Romam Palladium detulit ; unde *Nautiorum* familia *Minervae* sacra retinebat ; quod etiam Varro docet in libris quos de familiis Troianis scripsit. Haec fere supplent docti : *Mi*<*nervae*, cui postea *Nautii* sacrific> care.

NATINATIO. Illud disc. supplevi ex gl. Festina (Vat. lat. 1469) *Natinator* : seditiosus, *Natina*<tio> : discordia. Hinc etiam Gloss. Abav. (= Abol.) NA 15 *Natinare* : negotiare,

NAUCUM. Cf. infra, s. v. *Noegeum* (182, 18 quasi a *nauco*, quod putamen quorundam pomorum est tenuissimum non sine candore).

NARES. Isidorus, ni fallor, Donati Vergilianum scholium exhibet (Etym. 11, 1, 47) ; consonat enim Donati Terentianum scholium (Adel. 397).

NARITA. Vox Graeca. An conferend. gl. ps.- Plac. *Narria* : piscis ?

muriaticam autem video in vasis stagnis.

<et> naricam (-tam) bonam et canutam (corn- ?) et taguma (trygona ?), <a>quinas fartas conchas piscinarias. (Paul.) Narica genus piscis minuti.

Nancitor in XII (inc. 1) nactus erit, prehenderit. Item in foedere Latino : Pecuniam quis nancitor, habeto. Et (id est ?) : Siquid pignoris nanciscitur, sibi habeto. (Paul.) *Nancitor* nactus erit.

Nare a nave ductum Cornificius ait, quod aqua feratur natans ut navis. Ennius lib. VII (252) :

alter nare cupit, alter pugnare paratust.

Plautus in Aulularia (595) :

quasi pueri qui nare discunt scirpea induitur ratis. *Natare*

igitur est saepius nare, ut dictitare, facitare.

(Paul.) *Nare* a nave ductum, quod aqua feratur natans ut navis. *Natare* est saepius nare, ut dictitare, facitare.

Navus celer ac strenuus a navium velocitate videtur dictus. Ennius lib. VI (177) :

navus repertus homo Graio patre Graius homo rex,

et lib. XVI (427) :

navorum imperium servare est induperantum.

Plautus in Frivolaria (83) :

nave agere oportet quod agas, non duc-tarier.

(Paul.) *Navus* celer ac strenuus a navium velocitate dictus.

Navalis scriba qui in nave apparebat inter aliud genus scribarum minimae dignitatis habebatur, quod periculis quoque eius ministerium esset obiectum. Plautus (fr. 36) :

non ego te novi, navalis scriba, columbari inpudens. <*Columbari*>

sive quod columbaria in nave appellantur ea quibus remi eminent, sive quod columbariorum quaestus temerarius incertusque.

Nassiterna est genus vasi aquari ansati et patentis, quale est quo equi perfundi solent. Plautus in Bacchidibus (11) :

ecquis evocat

cum nassiterna et cum aqua istum impurissimum ?

et in Nervolaria (Stich. 352) :

ecquis huc effert nassiternam cum aqua ? Sine suffragio.

Et Cato in ea oratione quam composuit in Q. Sulpicium (50) : Quotiens vidi trulleos nassiternas pertusos, aqualis matellas sine ansis !

(Paul.) *Nassiterna* genus vasis aquarii ansati et patentis.

Nassa est piscatori[a] vasi genus quo cum intravit piscis, exire non potest. Plautus (Mil. 581) :

NANCITOR. *Nancitor*, scil. erit (cf. auctor sum), Fay (Amer. Orient. Soc. 34, 343). Cf. infra, s. v. *Renancitor* (346, 13 reprehenderit). foed. Lat.] Cf. Cic. pro Balb. 53 ; Liv. 2, 33, 9.

NARE. Plaut.] iterum citatus s. v. *Scirpus* (444, 20).

NATARE. Haec forma Festi temporibus in usu erat ; nare autem ex usu transierat.

NAVUS. Cf. infra (184, 36) s. v. *Navos* (a navium celeritate). Hincine Gloss. Philox. NA 43 *Navus* : ἐμπραχτος, εὐστραφής, εὐκίνητος ?

COLUMBARI. columbaria] Hincine Isid. Etym. 19, 2, 3 : Columbaria in summis lateribus navium loca concava per quae eminent remi, dicta credo quod sint similia latibulis columbarum in quibus nidificant ? columbariorum] i. e. dominorum columbarum.

NASSITERNA. *Nervol.*] cf. infra, s. v. *Osculana Pugna*, *Osculum* (214, 25). Hinc Gloss. Nom. (= Philox.) *Nasiterna* : vas fictile duas aures habens. Cf. ps.- Plac. *Nasiterna* : vas aquarium.

NASSA. Hinc nimirum Gloss. Philox. NA 20 *Nassa* : κύρτος ἀλιευτικός.

numquam hero[u] le ex ista nassa hodie ego (eg. hod.) escam petam.

(Paul.) Nassa est piscatoria vasis genus quo cum intravit piscis, exire non potest. Plautus « numquam ex ista nassa hodie ego escam petam ».

« *Napuras nectito* » cum dixit pontifex, funiculi ex stramentis fiunt.

(Paul.) Napurae funiculi.

Naustibulum vocabant antiqui vas alvei simile videlicet a navis similitudine.

(Paul.) Naustibulum alveum ad navis similitudinem factum.

Navia est uno ligno exculpta ut navis, quo utuntur alveo in vindemia. Ficus quoque in comitio appellatur *Navia* <ficus> ab Atto Navio augure. Nam cum Tarquinius Priscus institutas tribus a Romulo mutare vellet deterrereturque ab Atto per augurium, ut eluderet eius prudentiam, interrogavit eum an fieri posset id quod animo proposuisset suo. Cui ille permittente augurio cum respondisset effici posse, iussit rex cotem ac novaculam prox<ime deponi ; rogavit novacula> an eos illa <posset praecidi. Cum respondisset posse, nova>cula[m] subito <praecidit. Quapropter Navius, cum monitus> ex eo Tarqui<nus nihil amplius auderet contra fa>cere, <nova>culam illam et cotem sub locum conse>cratum defo<di iussit>.. (19 litt.).. esse intra.. (28 litt.).. sacro sit : ei .. (27 litt.).. subseri, sum<ptis ex ipsa surculis iussit Quo fac>to tantos i.. (28 litt.).. loco couplu<res ficus enatae>.. (13 litt.).. evulsae defo.. (27 litt.).. moverentur..

(27 litt.).. erant, ficum.. (27 litt.).. isse admi.. (6 litt.).. <Quod etiam responso haruspi>cum et divin<is ostentis confirmabatur, quamdiu illa ficus> viveret, libe<rtatem populi Romani incolumem man>suram ; ideoque ea.. (25 litt.)..

(Paul.) Navia lignum cavatum ut navis quo in vindemiis uti solent. *Nauscit*, cum gran<um fabae se aperit nascendi> gratia, quod sit non diss<imile navis formae>.

(Paul.) Nauscit, cum granum fabae se nascendi gratia aperit, quod fit non dissimile navis formae.

<*Navi*>tas secundum incorr<uptam consuetudinem dic>tos quos nunc n<autas dicimus testis est> Cato in ea quam ser<ipsit cum in Hispaniam proficisce>-ritur, cum ait (2) : Navitae.. (20 litt.).. vinum atque oleum, ver .. (6 litt.)..

<*Naeviam silvam*> vocitatem extra <Urbem>.. (18 litt.).. rum, quod Naevi ou<iusdam fuerit> .. (5 litt.).. <quam> *memora Naevia* ap<pellata etiam fuisse> .. (5 litt.).. ait. Quam obprobri loco <obici ab antiquis solere>, quod in ea morari adsu<essent perdit ac nequam ho>mines testis est M. Ca<to in ea oratione quam. scripsit> in Caelium si se appella <viset> (9) : « .. (12 litt.).. a porta Naevia atque ex.. (40 litt.).. » <Unde dic>unt <proverbi><um natum esse> .. (13 litt.).. s refertur a Ver<rio>.. (5 litt.)..

(Paul.) Naevia silva dicta iuxta Urbem quod Naevi cuiusdam fuerit.

<*Nudius tertius*> conpo>situm ex nunc <et die tertio>.

NAPURAS. Cf. supra, s. v. Nectere (160, 15 ... quin etiam in commentario sacrorum usurpatur hoc modo « pontifex minor ex stramentis napuras nectito », id est funiculos facito quibus sues adnectantur).

NAVIA FICUS. Cf. Liv. 1, 36 : Plin. N. H. 15, 77 ; Cic. Div. 1, 33 ; Cotem autem illam et novaculam defossam in comitio supraque impositum puteal accepimus.

NAUSCIT. Confuditne Charisius nauci et nauscit (p. 207, 6 K. Nauci pro nihili te duco ; est autem fabae granum cum se aperit), an legend. Nauci <te duco> pro n. t. d. <Nauscit> est etc. ?

NAEVIAM SILVAM. Cf. Varr. L. L. 5, 163 : Sequitur porta Naevia, quod in memoribus Naevii ; etenim loca, ubi ea, sic dicta.

(Paul.) Nudius tertius compositum ex nunc et die tertio.

(?). (17 litt.).. ait in agro.. (31 litt.).. ant a pa.. (30 litt.).. ati sint.. (27 litt.).. dicantur pa.. (26 litt.).. tur caelum cau.. (27 litt.).. dicatur dam-**
<Nuptam> ** <mu>lieres quibus.. (27 litt.).. eadem causa.. (21 litt.).. <ali> qui appellatam <esse volunt. Nec defuerunt> tamen qui dice<rent sic appellatam ab eo quod νέαν> νόμφην <Graeci novam nuptam vocant. Alii quod ap>pellat uxo<rem νόον> Homerus antiqua quadam> consuetudine loquendi cum in Iliad. lib. III> (49) ait :

ἐξ ἀπὶ <ης γαίης νοὸν ἀνδρῶν αἰχμ> ητᾶων.

(Paul.) Nuptam a Graeco dictam. Ili enim nuptam νέαν νόμφην appellant.

Nume<ro antiqui pro nimium diceba>nt. Videtur esse <nimium quasi 'numium' et germa> num numero fu<isse> .. (19 litt.).. que eo ordine usur<pa-> .. (19 litt.).. <consu> etudine loquen<di>.. (23 litt.).. eiusmodi, sive.. (22 litt.).. inum, quemadmodum <adhuc loquendi est noster> usus Pompeius Sex<tius, sic Numerius quoque pri>ma syllaba voca <tivi casus, secunda geneti>vi casus eadem cor.. (17 litt.).. ae temporis praesentis.. (19 litt.).. <Sed> antiquos nimium <et cito voluisse ait> Sinius Capito ; esse enim

< « numero estis » cito, non nimum vos estis ; « ni nume<ro abierint, num>ero perbiterint », nisi cito <abierint ; « ni>mium siisso (spisso) qui exeant, <numero nimium introibo » ; (Plaut. Poen. 1272) » cur> numero estis mortui, hoc exemplo ut pingeretis ? », id est cur cito mortui estis ; item in Nelei (4) « numquam numero matri faciemus volup », id est numquam nimium faciemus ; apud Naevium (trag. 61) « neminem vidi qui numero sciret quicquid scito opus », id est nimium sciret. At Panurgus Antonius haec ait : Numero nimium cito, celeriter nimium ; ut Plautus in Casina (646) : ere mi. Quid vis, mea ancilla ? Nimium saevis. Numero dicis, nimium cito ; Accius in Oenomao (502).

ego ut essem adfinis tibi, non ut te exstinguerem
tuam petii gnatam. Numero te expurgat timor ;

Afranius in Suspecta (320) :

perfalsum et abs te creditum numero, nimis celeriter ; Caecilius in Aethrione (2) :

ei perii ! Quid ita ? Numero venit :
fuge domum ;

Afranius in Simulante (312) :

me misera<m> ! numero ac nequiquam egi gratias.

NUPTAM. Cf. infra, s. v. Nuptias, (174, 20 dictas esse ait Santra ab eo quod νυμφεῖα dixerunt Graeci antiqui γάμον ; inde novam nuptam νέαν νόμφην). Sic supplent docti : <Nuptam uxorem a nubendo — ut mu>lieres <quibus in nuptiis utuntur pronubae ab> eadem causa, <hoc est a nubendo dicuntur — ali> qui, etc.

NUMERO. Cf. Varr. Cat. 6 (ap. Non. 352, 31) : Ut qui contra celeriter erant nati fere Numerios praenominabant, quod qui cito facturum quid se ostendere volebat dicebat numero id fore ; quod etiam in partu precabantur Numeriem, quam deam solent indigitare etiam pontifices. || De differentia accentus Númeri (voc.) Numéri (gen.) cf. Nigid. ap. Gell. 13, 26. De I pro II in gen. voc. cas. cf. Charis. 78, 6 : Varro adiecit vocativum quoque singularem talium nominum per duplex I scribi debere, sed propter differentiam casuum corrumpi ; Lucilius tamen et per unum I genetivum scribi posse existimat ; ait enim (1295) .. « nos Caeli Numeri numerum ut servemus modumque ». Cf. infra, s. v. Numerius (174, 28). || Pomp. Sex.] Sexti Pompei Festi potius quam M. Verri Flacci haec exempla esse videntur. expurgat] etiam ap. Non. 352, 17 (numero te expurgasti). Noli emendare 'expugnat', sed agnosce proverbium Francogallicum 'qui s'excuse s'accuse'.

(Paul.) Numero dicebant pro nimium. « *Numerata senatum* » ait quivis senator consuli cum in pedimento vult esse quominus faciat senatus consultum, postulatque ut aut res quae adferuntur dividantur aut singuli consulantur; aut, si tot non sint senatores quo numero liceat perscribi senatus consultum.

Nupta verba dicebantur ab antiquis quae virginem dicere non licebat, ut Plautus in Dyscolo (71) :

virgo sum; nondum didici nupta verba dicere.

(Paul.) Nupta verba dicebantur ab antiquis quae virginem dicere non licebat. Plautus « virgo sum; nondum didici nupta verba dicere ».

Nuptias dictas esse ait Santra ab eo quod νύμφεα dixerunt Graeci antiqui γάμον; inde novam nuptam νέαν νύμφην. Cornificius quod nova petantur coniugia. Curvatus quod nova ratio fiat. Aelius et Cincius (25) quia flammeo caput nubentis obvolvatur, quod antiqui *obnubere* vocarint; ob quam causam legem quoque parenstam (Praenestina) iubere caput eius obnubere qui parentem necavisset, quod est obvolvere.

Numerius praenomen numquam ante fuisse in patricia familia dicitur quam is Fabius, qui unus post sex et trecentos ab

Etruscis interfectos superfuit, inductus magnitudine divitiarum uxorem duxit Otacili Maleventani, ut tum dicebantur, filiam, ea condicione ut qui primus natus esset praenomine avi materni Numerius appellaretur.

(Paul.) Numerius praenomen tractum ab avo.

« *Non omnibus dormio* » proverbium videtur natum a Cipio quodam, qui Pararhencon dictus est, quod simularet dormientem quo in punitus uxor eius moecharetur; eius meminit Lucilius (1223).

Nuncupata pecunia est, ut ait Cincius in lib. II de Officio Iurisconsulti (8), nomina certa nominibus propriis pronuntiata (Lex xii tab. 6, 1) « cum nexum faciet mancipiumque, uti lingua nuncupassit ita ius esto »; ita (id est), uti nominavit locutusve erit ita ius esto. *Vota nuncupata* dicuntur quae consules praetores, cum in provinciam proficiscuntur, faciunt: ea in tabulas praesentibus multis referuntur. At Santra lib. II de Verborum Antiquitate satis multis nuncupata conligit non dereeto nominata significare, sed promissa et quasi testificata circumscripta recepta; quod etiam in votis nuncupandis esse convenientius.

Nuscitiosum Ateius Philologus ait appellari solitum qui propter oculorum vitium

NUMERA SENATUM. Expectes haec: « Divide » aut « Consule » aut « Numerata Senatum ». [adfer.] ac fer. cod.: refer. docti. Sed cf. Thes. Ling. Lat. I 1198, 19 (s. v.).

NUPTIAS. Cf. supra, s. v. Nuptam (172, 12 quod νέαν νύμφην Graeci novam nuptam etc.); infra, s. v. Obnubit Caput (201, 4 operit; unde et nuptiae dictae a capitis operatione). Cf. Varr. L. L. 5, 72: Neptunus quod mare terras obnubit ut nubes caelum, ab nuptu, id est operatione, ut antiqui; a quo nuptiae, nuptus dictus. Ad Donati Vergilianum scholium (Aen. 11, 77) revoco Isidori verba (Etym. 9, 7, 10), quae cum Donati Terentiano scholio (Hec. 656) conspirant.

NUMERIUS. Cf. Lib. de Praen. 6. Cf. supra, s. v. Numero (172, 23). Malevent.] postea Beneventani (cf. supra, s. v. Beneventum 31, 17.)

NON OMNIBUS DORMIO. Cf. Marx ad Lucil. l. c., qui citat Cic. Epp. 7, 24, 1: Cipius opinor olim « non omnibus dormio »; sic ego non omnibus, mi Galle, servio.

NUNCUPATA. Cf. Varr. L. L. 6, 60: Nuncupare nominare valere apparet in legibus ubi « nuncupatae pecuniae » sunt scriptae, etc.

NUSCITIOSUM. Cf. supra, s. v. Luscitio (107, 24). Ex scholio Vergil. provenisse videtur Gloss. Abstr. NU 20 Nusciosus: qui plus vespere videt.

parum videret. At Opillus Aurelius *nuscitiones* esse caecitudines nocturnas. Aelius Stilo qui plus videret vesperi quam meridie, nec cognosceret nisi quod usque ad oculos admovisset.

(Paul.) Nusciciosus qui parum videt propter vitium oculorum, quique plus videt vesperi quam meridie.

Nonas quidam a nova luna, quod in eas concurreret principium lunae. Alii quod semper ante diem Iduum nonum essent; scribique ideo debere primam appellationis eius syllabam adiecta V littera.

Nundinas feriarum (-atum) diem esse voluerunt antiqui, ut rustici convenirent mercandi vendendique causa, eumque nefastum, ne, <si> liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores.

(Paul.) Nundinas feriarum diem esse voluerunt antiqui, quo mercandi gratia Urbem rustici convenirent.

Nundinalem cocum Plautus dixit in Aulularia (324):

<cocus ille nun>dinale [e]st, in <nonum solet ire coctum>; [diem

<hic ab aliis> *novendialis* appellatur et cocum viliores sig>nificat quem tenuiores conducebant ut in nonum diem coque>ret.

Nucu<las Praenestinos appellabant antiqui> quod inclusi a <Poenis Casilini famem

nucibus sustenta>verunt, vel quod in e<orum regione plurim nux minu>ta nascitur.

(Paul.) Nuculas Praenestinos appellabant quod inclusi a Poenis Casilini famem nucibus sustentarunt, vel quod in eorum regione plurima nux minuta nascitur.

<*Nummum* ex Graeco nomismate ex>istimant dict<um; id monetam vel nummi percussuram> valere; quia <numeretur alii existimant, nam> hoc proprium est i<lli>.

(Paul.) Nummus ex Graeco nomismate dicitur.

<*Nuntius* et in re ipsa et> in persona dicitur <ut 'nuntius venit', 'nuntius> allatus est'. Quod antiquitus noventius est, ut in Com>mentaris Feti<alium>.

(Paul.) Nuntius et res ipsa et persona dicitur.

<*Nuper* quasi 'novi-per', tamquam dici<mus novissime; nuperum in Com>menta>ris, id autem r.. (26 litt.).. sa erant, qui nuper.. (10 litt.)..

(Paul.) Nuper quasi 'novi-per', tamquam dicimus novissime.

<*Numen* quasi> nutus dei ac potes<tas>.

(Paul.) Numen quasinius dei ac potestas.

<*Numellae* genus vinculi> quo quadru-

NONAS. scribique] i. e. NOV. Cf. Varr. L. L. 6, 28.

NUNDINAS. Cf. supra. s. v. Férias (76, 17 aliae erant sine festo, ut nundinae). Cf. Macrobius. 1, 16, 28-35.

NUCULAS. inclusi] cf. Liv. 23, 19.

NUMMUM. Incertae originis est Gloss. Abol. NU 6 Nomisma: nummi percussura, moneta. Etiam Gloss. Ansil. NU 120. Nummi: vel a nomine, vel a numero dicti eo quod numerantur. Cf. Varr. L. L. 5, 173: Nummi, id ab Siculis; Pollux 9, 79: 'Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ταρεντιῶν πόλει καλεῖσθαι φησι νόμισμα παρ' αὐτοῖς νοῦμμον, etc.

NUNTIVS. noventius] Cf. supra, s. v. Negumate (162, 7).

NUMEN. Cf. Varr. L. L. 7, 85: Apud Accium (691) « multis nomen vestrum numenque ciendo »; numen dicunt esse imperium, dictum ab nutu, etc.; Serv. Aen. 4, 269: Numine autem est aut nutu aut potestate.

NUMELLAE. quadr. [Cf. Ter. Andr. 865 quadrupedem constringito. Cf. ps.-Plac. Numellatus: numella ligatus, id est vinculo quo quadrupedes alligantur; Nonius 144, 24 (Numellae machinae genus ligneum ad discrucandos noxios paratum, quo et collum et pedes inmittunt), qui citat Plaut. Asin. 550.

ped<es deligantur> .. (13 litt.).. ri nervo aut coll.. (19 litt.)..

(Paul.) Numellae genus vinculi quo quadrupedes deligantur.

<Numi>das dicimus quos Gr<aeci Νομάδες sive quod id genus> hominum pecoribus n<egotietur, sive quod herbis, ut pe>-cora, aluntur.

(Paul.) Numidas dicimus quos Graeci Nomadas sive quod id genus hominum pecoribus negotietur, sive quod herbis, ut pecora, aluntur.

Nuces <flagitantur nuptis et iaci>untur pueris ut novae <nuptae intranti domum> novi mariti auspici<um fiat secundum et sol>listimum.

(Paul.) Nuces flagitantur nuptis et iaciuntur pueris ut novae nuptae intranti domum novi mariti secundum fiat auspicium.

Numam Pompilium Ianicul<o in monte situm esse> ferunt, in quo arcam eius in<ventam cum libris sui> nominis a Terentio <quodam scriba repastinan>te agrum.

(Paul.) Numae Pompilii in Ianiculo est sepulchrum.

Nonuncium <et sescunciam> quod magistri> ludi appellant signif<icat do>drantem et dimidium te>runcium, quod singula sex<uncia (sesc-) uncia et dimidi>um sit.

(Paul.) Nonuncium et teruncium dicitur quod novem unciarum sit sive trium.

Nomen sive ex Graeco <quod est ὄνομα, sive ostrae neque nexte>ruae (-rnae) familiae est <quasi> novi-men', pro debito est, ut ex>actum dicimus <nomen cum a debitore exacta> pecunia sit. <Notitiam igitur facit>.

(Paul.) Nomen dictum quasi 'novi-men', quod notitiam facit.

<Noctua a tem>pore eo quo <canit vel volat. Ideo γλαυκ> ὥπως appellatur <Minerva a Graecis quod ea, ut noctua, oeu>-lis est caesis.

(Paul.) Noctua a tempore noctis dicta quo canit vel volat.

<Noneolas vocant papillas quae e faucibus ca>prarum sup<pendent>.

(Paul.) Noneolae vocantur papillae quae ex faucibus caprarum dependunt.

<Noctipugam cum dixit Lucilius> lib. II obscae<num significat> (1222) :

.. (8 litt.).. <noctipuga a>c medica.

(Paul.) Noctipugam Lucilius cum dicit obscenum significat.

<Noverca dicitur quam quis liberis subla>-tis novam <uxorem ducit arcendae familiae> gratia, id est coer<cendae> .. (20 litt.).. † veteramnia † .. (10 litt.)..

(Paul.) Noverca dicitur quam quis liberis sublatis novam uxorem ducit arcendae familiae gratia.

NUCES. nuptis] i. e. -tiis. || sollist.] Cf. infra, s. v. (386, 13). Cf. Serv. auct. Ecl. 8, 29 : Dicitur etiam ideo a novo marito nuces spargi debere quod proiectae in terram tripudium sollistimum faciant, quod auspicium ad rem ordiendam optimum est.

NUMAM. Cf. Plin. N. H. 13, 84 : Cassius Hemina, vetustissimus auctor annalium, quarto eorum libro prodidit Cn. Terentium scribam agrum suum in Ianiculo repastinantem effodisse arcam in qua Numa, qui Romae regnavit, situs fuisset ; in eadem libros eius repositos, etc.

NOCTUA can. vel vigilat Varro (L. L. 5, 76 : Noctua quod noctu canit ac vigilat).

NOCTIPUGAM. Hinc Gloss. Abol. NO 7 Noctipugam : obscenum ; quod quasi noctibus compungatur. Quae gl. non debuit Placido assignari.

NOVERCA. An coer<cendae. A Graecis ea dici solet> μητρικά <id est matrinia> ? Cf. Gloss. Abba Noverca : matrea, id est matrinia. Sequitur in Paul. : Nihili qui nec hili quidem est. Quae verba ad Hilum (90, 7) transtuli ; sed dubitanter. Saltem in hac NO-serie nullus eis locus est.

<Nova Via structa est a> Ser. Tullio <quo facilius>.. (15 litt.)..scenderetur.. (16 litt.) .. <ubi rex Aven>tinus in Aven<tino monte situs est>.

<Novalem a>grum Aelius <Stilo et>.. .. (7 litt.).. <ductum a Graeci>s aiunt esse <cum Graeci eum νεὼν dixerint. In qua re Ho>mero quoque <teste utuntur, qui dixit> (Il. 18, 547) : <ν>ειοίθ' βαθείης <τέλσον ἰκέσθαι>.

(6 litt.).. <C>incius (26) eum esse ubi <terra sine cultura ad novam> semen-tem sit relic<ta>.

(Paul.) Novalis ager novae relictus sementi.

<Novem combusti> .. (9 litt.).. T. Sicini, Volsci.. (12 litt.).. <proelium> inissent adversus.. (24 litt.).. eo combusti feruntur. <Is locus neque> .. (12 litt.).. neque est proxime Cir<cum, sed> .. (11 litt.).. <I>apide albo constratus. <Novem autem illi fueru>nt Opiter Verginius <Tricostus, M'. Valerius> Laevinus, Postumus Co<minius Auruncus>, .. (5 litt.).. Ilius Tolerinus, P. Ve<turius Cicurinus, A. Sempr>onius Atratinus, .. Ver<ginus Tricostus, .. Mu>tius Scaevola, Sex. Fusi<us Fusus>.

<No>xia, ut Ser. Sulpicius Ru<fus ait (9), damnum>significat in XII>; apud poetas autem et oratores ponitur pro culpa ; at noxa peccatum aut pro peccato poenam, ut Accius in Melanippo (429) :

tete esse huic noxae obnoxium.

Item cum lex iubet noxae dedere, pro peccato dedi iubet. Caecilius in Hypobolimaéo Chaerestrato (85) :

nam ista quidem noxa muliebrest magis quam viri.

(Paul.) Noxia apud antiquos damnum significabat, sed a poetis ponitur pro culpa. Noxa ponitur pro peccato aut pro peccato poena, cum lex iubet noxae dedere pro peccato.

Novae curiae proxim[a]e compitum Fabricium aedificatae sunt, quod parum amplae erant veteres a Romulo factae, ubi is populum et sacra in partis triginta distribuerat ut in is ea sacra curarent. Quae cum ex veteribus in novas evocarentur, VII (VIII) curiarum per religiones evocari non potuerunt : itaque Foriensis Raptae Veliensis Velitiae res divinae fiunt in veteribus curis.

Nothum Graeci natum ex uxore non legitima vocant ; qui apud nos spurio patre natus dicitur, quod Ser. Tullius qui Romae regnavit natus est ex concubina Spur Tulli Tiburtis, nisi forte malumus credere Oclisia Corniculana captiva eum susceptum matre serviente.

(Paul.) Nothum Graeci natum ex uxore non legitima dicunt, qui apud nos spurio patre natus dicitur.

Nota alias significat signum, ut in pecoribus tabulis libris litterae singulae aut binae ; alias ignominiam.

(Paul.) Nota nunc significat signum, ut in pecoribus ; nunc litteras singulas aut binas ; nunc ignominiam.

Nobilem antiqui pro noto ponebant, et quidem per G litteram, ut Plautus in Pseudolo (964) :

peregrina facies videtur hominis atque ignobilis ;

et (592) :

oculis meis obviam ignobilis obicitur.

NOVA VIA. rex Avent.] cf. supra, s. v. Aventinus Mons (17, 24 quod ibi rex Albanorum Aventinus bello fuerit extinctus atque sepultus).

NOVEM COMBUSTI. Cf. Casagrandi (L'Articolo ' Novem ' di Festo. Torino, 1892).

NOXIA. Ex scholio Vergil. (Aen. 1, 41 ?) hausisse videtur Gloss. Abstr. NO 17-20 Noxia mala, Noxialis : nocivus, Noxius : nocens, Noxa : crimen aut peccatum vel culpa.

NOVAE CURIAE. Cf. Varr. L. L. 5, 155 : Curiae duorum generum ; nam et ubi curarent sacerdotes res divinas, ut curiae veteres, et ubi senatus humanas, ut curia Hostilia.

NOTHUM. patr.] ut in titulis est SPURI F. Oclis.] Ocrisia Dion. Halic. 4, 1, 2.

Accius in Diomede (283) :

ergo me Argos referam ; nam hic sum
nobilis (gno - ?).

Livius in † Virgo † (3) :

orna[m]en[tu]m ince[n]dunt nobili
(gno - ?) ignobiles.

(Paul.) Nobilem antiqui pro noto ponebant. Plautus « peregrina facies atque ignobilis ».

Noegeum quidam amiculi genus praetextum purpura, quidam candidum ac perlucidum, quasi a *nauco*, quod putamen quorundam pomorum est tenuissimum non sine candore, ut Livius ait in *Odyssia* (19): simul ac lacrimas (dacr- ?) de ore noegeo deterisit,

id est candido.

(Paul.) *Noegeum* amiculi genus. *Noegeum* candidum. Livius « lacrimas de ore noegeo deterisit », id est candido.

Nixi di appelluntur tria signa in Capitolio ante cellam Minervae genibus nixa, velut praesidentes parientium nixibus. Quae signa sunt qui memoriae prodiderint Antiocho rege Syriae superato M'. Acilium subtrahere a populo Romano adportasse atque ubi sunt posuisse. Etiam qui capta Corintho advecta hue, quae ibi subiecta fuerint mensae.

(Paul.) *Nixi di* appellabantur quos putabant praesidere parientium nixibus.

Nictare et oculorum et aliorum membrorum nisu saepe aliquid conari dictum est ab antiquis, ut Lucretius, in lib. IIII (6, 837) :

hic ubi nexari (nix-) nequeunt insistereque alis.

Caecilius in *Hymnide* (72) :

garruli sine dentes iactent, sine nictentur perticis.

Novius in *Macco Copone* (47) :

aetutum seibis cum in nervo nictabere.

Unde quidam *nictationem*, quidam *nictum*, ut Caecilius in *Pugile* (193) :

tum inter laudandum hunc timidum tremulis palpebris percutere nictu ; hic gaudere et mirari.

(Paul.) *Nictare* et oculorum et aliorum membrorum nisu saepe aliquid conari. Dicimus enim et *nictationem* et *nictum*. Caecilius « hunc tremulis palpebris percutere nictu ».

Nictit canis in odorandis ferarum vestigis leviter ganniens, ut Ennius in lib. X (340) :

veluti (sicuti ?) si quando vinclis venatica velox

apta solet, si forte <feras> ex nare sagaci

sensit, voce sua nictit ululatque ibi acute.

Unde ipsa *gannitio*.

(Paul.) *Nictit* canis in odorandis ferarum vestigis leviter ganniens. Ennius « nare sagaci sensit, voce sua nictit ululatque ». Unde et *gannitio*.

« *Niquis scivit* » *centuria* est quae dicitur a Ser. Tullio rege constituta in qua liceret ei[us] suffragium ferre qui non tulisset in sua, nequis civis suffragii iure priva-

NOEGEUM. *nauco*] Cf. supra (166, 11) s. v. *Naucum*. Cf. ps.-Plac. *Noegeum* : pallium tenue. (Illud nigrum in codd. Romanis est nihil nisi *Noegeum* errore repetitum).

NIXI DI. Cf. Non. 57, 13 : *Enixae* dicuntur feminae nitendi, hoc est conandi et dolendi, labore perfunctae ; a *Nixis* quae religionum genera parientibus praesunt. Cf. von Basiner (Rhein. Mus. 60, 614).

NICTARE. Hinc gl. corrupt. Abol. NE 18 *Nectari* : oculorum frequenti apertione (?). Cf. supra, s. v. *Adnictat* (26, 14 saepe et leviter oculo adnuat).

NICTIT. *gannitio*] scil. quasi ' canis-niotio ' ! Cf. supra, s. v. (83,4 canum querula murmuratio). Hinc Gloss. Abav. (= Abol.) NI 2 *Nictit* canis cum acute gannit.

retur. Nam *sciscito* significat sententiam dicit ac suffragium fert; unde *scita plebis*. Sed in ea centuria neque censetur quisquam neque centurio praeficitur neque centurialis potest esse, quia nemo certus est eius centuriae. Est autem 'ni quis scivit', nisi quis scivit.

(Paul.) Sciscito sententiam dico.

Ningulus nullus, ut Ennius lib. II (130): qui ferro minitere atque in te ningulus.**

<Marcius vates> (2):

<ne ningulus> mederi queat.

(Paul.) Ningulus nullus. Marcius vates « ne ningulus mederi queat »

Niger lapis in Comitio locum funestum significat, ut ali, Romuli morti destinatum, sed non usu ob in .. (21 litt.).. <Fau>stulum nutri<cium eius, ut ali dicunt, Hos>tilium avum Tu<lli Hos>tili Romanorum regis>, cuius familiae.. (24 litt.).. tionem eius.

<Νῆρον> Graeci vas aquarium dicunt> humile et <concavum. quod vulgo vocant situlum> *barbatum*. Ap<pellantur inde nani pumiliones>.

(Paul.) Nanum Graeci vas aquarium dicunt humilem et concavum, quod vulgo vocant situlum barba-

tum; unde nani pumiliones appellantur.

Necem suspica<tur Verrius a Graeco duci; nam illi> νέκυν mor<tuum dicunt. Inde nos dicimus « neci> da ».

(Paul.) Necem a Graeco dici certum est; νέκυν enim mortuum dicunt Graeci. *Nivem* <nonnulli interpretantur novum ex> Graeco, qui id νέ<ον dicunt>.

(Paul.) Nivem interpretantur novum ex Graeco, quod illi νέον dicunt. <?> .. (13 litt.).. <sig>nificat dap **

<Nequimates> Narniensis.. (27 litt.).. nis Vetero.. (28 litt.).. versus X**

(Paul.) Nequimates Narnienses.

Negotium quod n<on sit otium>.

(Paul.) Negotium quod non sit otium.

<Navos a navis celerit>ate, quae vo<lociter vel naviter it>.

(Paul.) Navos a navis celeritate dicimus.

<Numidae (?) di>cuntur Noma<des ?>.. (24 litt.).. Unde Cato in O<riginibus> .. (17 litt.).. multam vivunt.. (13 litt.)..

<Nuces mitti in> Cerialibus Capito Si<n>nus> .. (14 litt.).. ait cum vel[]imus sig<nificare .. (7 litt.).. Cerialibus in Circo mitti[t] .. (19 litt.).. set plane volumus .. (22 litt.).. quia adeo diligantur fae .. (16 litt.).. prae flamma cum sunt u **.

SCISCITO. post Sucerda (391,4) Paul.

NIQUIS SCIVIT. Cf. Oxyr, Pap. 2088.

NINGULUS. Vide supra ad Nequalia (160, 2).

NIGER LAPIS. Cf. C. I. L. I² 1. Hostil. etc.] suppl. Detlessen.

NANON. Hincine Gloss. Philox. BA 31 Barbatus : νᾶνος τὸ σκεῦος ? Cf. Varr. L. L. 5, 119 : Quo postea accessit nanus cum Graeco nomine, et cum Latino nomine Graeca figura barbatus.

NECEM. Cf. supra, s. v. Neci Datus (158, 17).

NIVEM. Νέον νέφειν Muell.

NEQUIMATES. Cf. Plin. N. H. 3, 113 : Narnienses, quod oppidum Nequinum antea vocitatum est.. Vettonenses, etc.

NAVOS. Hinc credo gl. Abol. NA 15 Naviter : velociter; sumptum a navibus. Cf. supra, s. v. Navus (168, 3 celer ac strenuus; a navium velocitate videtur dictus).

Paulo aliter Donat. Eun. 51 : Naviter a navi ductum, a qua in alto nullum diversorium est.

NUMIDAE (?). Cf. supra, s. v. Numidas (178, 13 dicimus quos Graeci Νομάδας sive quod id genus hominum pecoribus negotietur, sive quod herbis, ut pecora, aluntur). Cf. etiam, s. v. Nemora (158, 7 Νέμος enim a Graecis διὰ τὸ νομάς εἶναι ἐν αὐτῷ, etc.).

Novendiales feriae <dicuntur institutae a Tullo> Hostilio rege ex min .. (20 litt.).. is nono die inferre.. (19 litt.).. <ne>more (monte ?) Albano lapi<dibus pluisset, sive quod vox esset> exaudita ut Albani .. (21 litt.).. rant sacra iam ab his .. (20 litt.).. quae missa crate a poe.. (40 litt.).. ntibus coepissent.. (22 litt.).. lo consule operae.. (25 litt.).. expugnari pos.. (26 litt.).. ia regio vide **

(Paul.) Novendiales feriae a numero dierum sunt dictae.

<Navalis por>ta appella<ta a vicinia navali-um>.

(Paul.) Navalis porta a vicinia navali-um dicta.

<Nonarum Id>uum Kalen<darum dies nuptis alieni habentur quia n>ovae nuptae <sic diem postridie nuptias creditur a>trum inlucisce<re. Decreto pontificum atri hi d>ies esse iudica<ti sunt quod, quotienscumque Romani du>ces belli ge<rendi gratia his diebus supplicaverunt, mal>e rempublicam ges<se- runt>.

(Paul.) Nonarum Iduum Kalendarum dies nuptis alieni habentur quoniam hi dies decreto pontificum atri iudicati sunt quod, quotienscumque Romani duces belli gerendi gratia his diebus supplicaverunt, male rempublicam gesserunt.

<SEXTI POMPEI FES>TIDE VER<BORUM SIGNIFICATU LIB. XIII>.

<INCIP>IT FELICITER <LIB. XIV>.

O

I. EX FESTI CODICE, FESTI APOGRAPHO, PAULO.

<Ob praepositio alias> ponitur <pro circum, ut cum dicimus urbem> obsideri, ob<signare, obvallari ; alias> in vicem praepo<sitionis quae est propter, ut ob merita,> ob superatos <hostes ; unde obsides qui ob fidem pa>triae praestandam <dantur ; alias pro ad, ut ait Ennius> (Ann. 297) :

ob Romam noc<tu legiones ducere coepit>,

<et idem> (inc. 5) :

ob Troiam duxit.

(Paul.) Ob praepositio alias ponitur pro circum, ut, cum dicimus urbem obsideri, obsignare, obvallari ; alias in vicem praepositionis quae est propter, ut ob merita, ob superatos hostes ; unde obsides pro 'ob-fides', qui ob fidem patriae praestandam dantur ; alias pro ad, ut Ennius « ob Romam noctu legiones ducere coepit ».

<Oculissimum carissimum. « Oculi>ssimum ostium amicae » <Plautus in Curculione (15).>

Item <« oculissi>me » (121) dixit signifi<ans carissime. Idem in Pseu>dolo oculatum pro praesenti posuit cum dixit> (301) :

<emi> to die caeca hero[u]le <olivum, id vendito oculata die>.

NOVENDIALES, Supplent docti haec : ut Albani <suo ritu facerent quae ommissa e> rant. || Post illud 'coepissent' novum lemma fuisse credunt.

NONARUM. nuptis] i. e. nuptiis. atri dies] cf. infra, s. v. Religiosus (348, 24).

OB. Cf. supra, s. v. Mortem Obisse (133, 6 ea consuetudine dicitur qua dixerunt antiqui ob Romam legiones ductas et ob Troiam duxit exercitum pro ad) ; infra, s. v. (218, 21 praepositione antiquos usus esse pro ad, etc.) ; s. v. Oboritur (206, 22 praepositionem ob pro ad solitam poni testis... Ennius « ob Romam noctu legiones ducere coepit ») ; s. v. Ob Os (220, 13 ad os significat) ; s. v. Obmoveto (222, 12 pro admoveto). Cf. Serv. auct. Aen. 1, 233. : Ob enim veteres pro iuxta ponebant ; Plautus in Milite « nunc scio mihi ob oculos caliginem obstitisse » ; potest tamen ob et 'ante' intellegi, aut ob 'propter' ; Terentius « quodnam ob factum » ; aut ob 'circum' ... significat ob et 'contra', ut obstat et obloquitur.

OCULATUM. Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) OC 127 Oculatus : videns vel prudens aut acutus ? Cf. supra, s. v. Argus Oculeus (26, 1 qui fuisse fingitur oculis plenus).

Idem alibi (Aul. 555) « oculatum (-leum ?) Ar<gum », id est oculos habent>em.

Idem (Truc. 490) :

pluris est ocu<latus testis unus quam auriti decem>.

id est qui se vidisse di<cat>.. (17 litt.).. eam formam ab oculi ap.. (8 litt.)..

(Paul.) Oculissimum carissimum. Plautus « oculissimum ostium amicae ».

Oculatum pro praesenti posuit Plautus cum dixit « oculata die ».

Item ipse « pluris est oculatus testis unus quam auriti decem », id est qui se vidisse dicat.

<Oculitus ut fu>nditus penitus. Significaturque tam carum esse quam oculum, vel instar <oculi esse>.

(Paul.) Oculitus quoque dicitur ut funditus penitus, quo significatur tam carum esse quam oculum.

<Odefacit dicebant> antiqui ab odore <pro olfacit, vetere quadam> consuetudine <permutationis D et L litterarum>, ut saepe alias tum in hoc quoque libro contentae. Quae vox, ut quibusdam videtur, ex Graeca ὀσμή tracta est.

(Paul.) Odefacit dicebant pro olfacit, quae vox a Graeco ὀσμή tracta est.

Octaviae porticus duae appellantur ; quarum alteram theatro Marcelli propiorem Octavia soror Augusti fecit ; alteram theatro Pompei proximam Cn. Octavius Cn. filius, qui fuit aedilis curulis praetor consul decemvirum sacris faciendis triumphavitque de rege Perseo navali trium-

pho ; quam combustam reficiendam curavit Caesar Augustus.

« Ogygia moenia » Accius in Diomede (273) appellans significat Thebas, quia eam urbem Ogygus condidisse traditur.

(Paul.) Ogygia moenia Thebana ab Ogyge conditore dicta.

Occasio opportunitas temporis casu quodam provenien[ti]s est. Occasus interitus, vel solis cum decidit a superis infra terras. Quo vocabulo Ennius pro occasione est usus in lib. II (Ann. 129) :

hic occasus datus[es]t, at Horatius inclutus saltu.

Item in lib. V (166) :

iniit inritatus, tenet occasus, iuvat res.

Item in lib. VIII (294) :

aut occasus ubi tempusve audere repressit.

(Paul.) Occasio oportunitas temporis casu proveniens. Occasus interitus vel solis in oceano mersio.

Occisum a necato distingui quidam quod alterum a caedendo atque ictu fieri dicunt, alterum sine ictu. Itaque in Numae Pompili regis legibus scriptum esse (3) : Si hominem fulminibus occisit, ne supra genua tollito. Et alibi (3) : Homo si fulmine occisus est, ei iusta nulla fieri oportet.

(Paul.) Occisum a necato distinguitur ; nam occisum a caedendo dictum, necatum sine ictu.

October equus appellatur qui in campo Martio mense Octobri immolatur quotannis Marti bigarum victricum dexterior. De

In Plaut. Pseud. 301 ps. — Plac. oculato die (non oculata) repperit, si corrupta eius glossa revera est Oculato : praesenti ; ab oculis (Opulato praesentis ut apulis codd.).

Haec supplent docti : di <cat. Ductam autem ait Verrius> eam fo. ab oc. ap<partitione>.

OCULITUS. Cf. Non. 147, 22 : Oculitus, ut animitus medullitus, Plautus Cornicula (67) « amant ancillam meam Pheidulium oculitus ».

ODEFACIT. D et L] Vide supra, ad Ancaesa (18, 21).

OCCISUM ful. occisit (imperson.) tuetur Schwyzer (Rhein. Mus. 76, 493) : fulmen Iovis occ. Scal. Cf. supra, s. v. Neci Datus (158, 18 proprie dicitur qui sine vulnere interfectus est, ut veneno aut fame).

OCTOBER EQUUS. Cf. supra, s. v. Equus Marti Immolabatur (71, 20). turr. Mam.] Cf. supra, s. v. Mamilia turris (117, 30 intra Suburae regionem).

cuius capite non levis contentio solebat esse inter Suburanenses et Sacravienses ut hi in Regiae pariete; eiusdemque coda tanta celeritate perfertur in Regiam ut ex ea sanguis destillet in focum participandae rei divinae gratia. Quem hostiae loco quidam Marti bellico deo sacrari dicunt, non, ut vulgus putat, quia velut supplicium de eo sumatur quod Romani Ilio sunt oriundi et Troiani ita effigie in(?) equi sint capti. Multis autem gentibus equum hostiarum numero haberi testimonio sunt Lacedaemoni, qui in monte Taygeto equum Ventis immolant ibidemque adolent, ut eorum flatu cinis eius per finis quam latissime differatur. Et Sallentini apud quos Menzanae Iovi dicatus vivos coniecit in ignem. Et Rhodi qui quotannis quadrigas Soli consecratas in mare iaciunt, quod is tali curriculo fertur circumvehi mundum.

(Paul.) October equus appellabatur qui in campo Martio mense Octobri Marti immolabatur. De cuius capite magna erat contentio inter Suburanenses et Sacravienses ut hi in Regiae pariete, illi ad turrem Mamiliam id figerent. Cuius cauda, ut ex ea sanguis in focum destillaret, magna celeritate perfectur in Regiam.

Occedamus Plautus (Pseud. 250) ponit pro contra cedamus, cum plurimae aliae praepositiones familiares huic verbo sint.

(Paul.) *Occedamus* Plautus posuit pro contra cedamus.

Occentassi[n]t antiqui dicebant quod nunc convicium fecerit dicimus, quod id clare et cum quodam canore fit ut procul exaudi possit. Quod turpe habetur quia non sine causa fieri putatur. Inde *cantilenam* dici quia illam (querellam), non cantus iucunditatem puto.

(Paul.) *Occentare* dicebant pro convicium facere, cum id clare et cum quodam canore fieret, ut procul exaudiri potuisset. Quod turpe habetur quia non sine causa fieri putatur. Inde *cantilenam* dici quia illam non cantus iucunditatem puto.

Ocrem antiqui, ut Ateius Philologus in libro *Glosematorum* refert, montem confragosum vocabant, ut apud Livium (trag. 31):

sed qui sunt hi qui ascendunt altum
ocrim?

et (trag. 32):

celsosque <in> ocris arvaque putria
et mare magnum;

<et> (trag. 34)

namque Taenari celsos ocris;

et (trag. 35):

haut ut quem Chiro in Pelio docuit ocri;
unde fortasse etiam *ocreae* sint dictae inaequaliter tuberatae.

(Paul.) *Ocrem* montem confragosum dicebant antiqui. Hinc *ocreae* dictae inaequaliter tuberatae.

Occare et *occatore* Verrius putat dictum ab occaedendo quod caedat grandis globos terrae, cum Cicero (Senect. 51) venustissime dicat ab occaecando fruges satas.

OCCENTASSINT. Hincine Gloss. Ansil. OC 29 *Occentare*: id est infame carmen cum certo nomine dicere? Ex scholio Vergiliano provenit Gloss. Abstr. OC 4 *Occentare*: contra canere.

CANTILENA. Hucine redit Gloss. Abol. CA 62 *Cantilena*<m>: antiqua (-que? -qui?) contentione<m>?

OCREAE. Varronis etymologiam (L. L. 5, 116 *Ocrea* quod opponebatur ob crus) Isidorus (Etym. 19, 34, 5) excepit nimirum ex scholio Vergiliano.

OCCARE. Hinc fortasse Isid. Etym. 17, 2, 4: *Occatio* est cum rustici satione facta bubus dimissis grandes glebas caedunt ac ligonibus frangunt; et dicta *occatio* quasi obcaecatio,

(Paul.) Occare et occator ab occaedendo dictum quod grandes terrae caedat globos.

Ocius secundae collationis et deinde tertiae *ocissime* frequentata sunt. Alii dictas nostros (Haut dicta sunt nostra, sed ?) tracta ex Graeco, id est ὠκείως ; cuius prima significatio, ex qua procedere in comparationem debet, apud nos non est. Tertiae vero collationis, cuius maiora (rariora ?) exempla sunt, auctor est Plautus in *Nervolaria* (96) :

ocissime nos liberi possumus fier<i>
(24 litt.).. quicquam ocissi<m>
..(20 litt.)..

<Coe>lius Historiarum <libro> (64) ..
(20 litt.).. tantur ocissimu<m> ..(19 litt.)..
<Aelius> Lamia apud .. (30 litt.)..
Lamiam oport..(30 litt.)..

(Paul.) *Ocius* et *ocissime* positivum Latinum non habent, sed ab eo veniunt quod est in Graeco ὠκείως.

Ocimum Graecum, < et a celeritate nascendi est dictum>.

(Paul.) *Ocimum* Graecum, et a celeritate nascendi est dictum.

Occupaticius <ager> ..(15 litt.).. <desertus> a cultoribus fre.. (20 litt.).. <occupa>ri coeptus ; quod in.. (27 litt.).. Nam cum Hanni<bal> .. (26 litt.).. bene meri<ti> .. (30 litt.).. atque eorum agr.. (29 litt.).. tamquam ex ho.. (29 litt.).. nandos pub <lice> .. (27 litt.).. diret commu.. (30 litt.).. est a privatis.. (28 litt.).. accepissent**.

(Paul.) *Occupaticius* ager dicitur qui . desertus a cultoribus propriis ab aliis occupatur.

<*Orchitin* Ateius> Philologus in libro *Glosematorum* ait esse genus oleae> ductum ex Graeco quod <testiculorum sit instar magni>tudinis, itaque u.. (25 litt.).. to grandior.

(Paul.) *Orchitis* genus oleae ex Graeco dictum quod magnitudine sit instar testiculorum.

Ore<hestra locus in scaena in quo> antea qui nunc pla<nipedes dicuntur> agebant, in quem> non admittebantur <histri>ones nisi tantum inte>rim dum fabulae ex<plicarentur> quae sine ipsis> explicari non potera<nt>. *Planipes* autem soccos non ges>taba[n]t quo aequiore <habitu> prodiret ; quo factum ut inde> nomen duceret.

(Paul.) *Orchestra* locus in scena.

<*Orca* genus marinae beluae> maximum dicitur, a<d> cuius similitudinem> vasa quoque ficar<ia> orcae dicuntur ; sunt enim te>retia atque infor<m>i specie>.

(Paul.) *Orca* genus marinae beluae maximum, ad cuius similitudinem vasa ficaria orcae dicuntur ; sunt enim teretes atque uniformi specie.

<?> .. (18 litt.).. male et ante.. (30 litt.).. quantae ne **

<*Oriri* nasci vel surgere> .. (10 litt.)..

(Paul.) *Oriri* nasci vel surgere.

Orba apud poe<tas> significat privatam ali-

quod operiat semina. Verr.] vix legend. Varro. Sed Verrius secutus est Varronem (R. R. 1. 31, 1) : Et postea occare, id est conminuere ne sit gleba ; quod ita occidunt occare dictum, De Plaut. Capt. 662-663 disputare Verrium credit Reitzenstein (Verrianische Forschungen 13).

OCIMUM. Cf. Varr. R. R. 1, 31, 4 : *Ocinum* dictum a Graeco verbo ὠκείως, quod valet cito ; similiter quod *ocimum* in horto.

OCCUPATICIUS. Haec fere supplent docti : Occ. <ager is esse dicitur qui desitus> a cul. fre<quentari> propriis ab aliis est occupa>ri coe.

ORCHITIN. Haec fere supplent docti : itaque v<ocari> orchitin quod sit genere consue>to gr.

(?) An *Orcinos* ? Cf. infra, s. v. in parte ii huius capituli.

ORIRI. Hincine Gloss. Abav. (= Abol.) OR 17 *Oritur* : nascitur, surgit ?

ORBA. Cf. Gloss. Philox. OR 7-8 *Orba* : ἐπίκληρος, Orbi : ἄτεκνοι ? Cf. Isid. Etym.

qua> persona cara ; apud < oratores
cui **p**atre mortuo **c**adit **h**er>e<**d**itas> ;
ut Ser. <Sulpicius (11) ait, quae filios
amisit parv>ulos. Orba est <in **t**abulis
censoriis **d**icta quae **p**a>tris est ante
<orbata quam ab eo nomen accepit>.
<G>allus Aelius (9^a).. (39 litt.) .. o..
(32 litt.).. stantior.. (31 litt.).. in eo libro..
(29 litt.).. significatu.. (30 litt.) ..puella
sine.. (31 litt.).. cis sacrae .. (34 litt.).. a
nupta .. (30 litt.).. cui fuisset.. (27 litt.)..
Cornificius in.. (30 litt.).. tor<H>yginus..
(29 litt.).. qui amiserunt <patrem aut
filios quasi lumen> itaque noceros..
(32 litt.).. se.

(Paul.) Orba apud poetas significat pri-
vata aliqua persona cara. Orba
est quae patrem aut filios quasi
lumen amisit.

Orty<gia antiquitus ea insula dicta est
qu>ae nunc Delos.

(Paul.) Ortygia Delos insula.

<Orbius **c**livus videtur appella>tus esse ab
orbibus <carpentis eius in quo vecta est
Tulli>a filia Ser. <Tulli regis, quacum
erat L. Tarqui>nus Superbus ge<ner>..
(20 litt.).. <proper> averat tende<re in
regiae domus in Esquiliis p>ossessionem
coe.. (32 litt.).. s quod pro.. (29 litt.).. m
ducere, unde <Orbius ab ipsis his orbi-
bus> appellatus est.

<Oratores ex Graeco quod est ἀρχήρες
dictos exi<stimat>.. (6 litt.).. <quod
ad reges> gentes qui (-que) missi <ea

quae mandabant m>agistratus populo
Romano <consentiente approbante so-
lerent> ἀρᾶσθαι <id est testari deos non
abesse r>em ab aequitate. Eos nostri alii
pro legatis appellant, ut Cato in ea quam
scripsit de suis virtutibus contra Ther-
mum (3) : M. Fulvio consuli legatus sum
in Aetoliam, propterea quod ex Aetolia
conplures venerant : Aetolos pacem velle :
de ea re oratores Romam profectos. Et in
Originum lib. I (21) : Propter id bellum
coepit ; Cloelius praetor Albanus oratores
misit Romam cum.. (10 litt.).. Alias pro de-
cretoribus (deprecatur-?), ut Terentius (Hec.
9) « orator venio ; facite exorator sim » ;
item et Afranius in Emancipato (92) :

sic est orator siquod (-id ?) oritur, tale.
Alias pro disertis et eloquentibus, ab eo
quod antiqui *orare* dicebant pro agere ; ob
quam causam *orationes* quoque eorum
vocantur.

(Paul.) Oratores ex Graeco ἀρχήρες
dicti quod missi ad reges natio-
nesque deos solerent ἀρᾶσθαι, id est
testari. Hi modo appellantur legati

Orata genus piscis appellatur a colore auri
quod rustici *orum* dicebant, ut aurículas
oriculas. Itaque Sergium quoque quen-
dam praedivitem, quod et duobus anulis
aureis et grandibus uteretur, Oratam
dicunt esse appellatum.

(Paul.) Orata genus piscis a colore
auri dicta quod rustici *orum* dice-
bant, ut aurículas *oriculas*.

10, 200 : Orbus, quod liberos non habet, quasi oculis amissis ; Etym. 11, 2, 12 : Pupilli
autem dicti quasi in oculis, hoc est a parentibus orbi ; hi autem vere pupilli dicuntur quo-
rum patres ante decesserunt quam ab his nomen acceperint ; ceteri orbi vocantur orphani,
idem qui et pupilli ; illud enim Graecum nomen est, hoc Latinum.

ORTYGIA. Hincine Gloss. Abba (= Abol.) Ortygia : Delus insula ?

ORBIUS. Cf. infra, s. v. Sceleratus Vicus (450, 4 Romae appellatur quod cum Tarquinius
Superbus interficiendum curasset Servium regem socerum suum, corpus eius iacens filia
carpento supervecta sit properans in possessionem domus paternae). Haec fere supplent
docti : ge<ner>. Quae rege in Curia occiso proper>averat.

ORATORES. Cf. infra, s. v. Orare (218, 7 antiquos dixisse pro agere testimonio sunt et
oratores et i qui nunc quidem legati, tunc vero oratores quod reipublicae mandatas partis
agebant).

ORATA. orículas] Francogallice ' oreilles '. Serg.] Cf. Varr. R. R. 3, 3, 10.

Orae extremae partes terrarum, id est maritimae dicuntur ; unde et vestimentorum extremae partes, quae quidem et primae dici possunt. Caecilius in Aethrione usus est pro initio rei cum ait (3) :

oram reperire nullam quam expediam
queo.

Orae freni quod ori inseruntur. Titinius in Setina (119) :

et si tacebit, tamen gaudebit sibi promitti oreas.

Et Naevius in Hariolo (20) :

deprandi autem leoni s<i> obdas oreas :

Cato Originum lib. III (5) : Equos respondit : Oreas mihi inde, tibi cape flagellum. Coelius pro se apud populum : Equosque mihi sub feminibus occisus erat ; oreas detraho inspectante L. Stertinio.

(Paul.) *Orae* freni quod ore inseruntur dicti.

Oreos Liber pater et *Oreades* nymphae appellantur quod in montibus frequenter apparent.

(Paul.) *Oreus* Liber pater et *Oreades* nymphae a montibus appellantur.

Ordinarium hominem Oppius ait dici solum scurram et improbum qui assidue in litibus moraretur ob eamque causam in ordine staret adeuntium praetorem. At Aelius Stilo qui minime ordine viveret.** <Cato> in ea oratione quam soribit de suis virtutibus contra Thermum (2) :

Quid mihi fieret si non ego stipendia [in ordine] omnia ordinarius meruissem semper ? Sunt quidam etiam qui manipularem ** quia infimi sit ordinis appellatum credant ordinarium.

(Paul.) *Ordinarius* homo scurra et inprobus qui adsidue in litibus moratur ob eamque causam in ordine stat praetorem adeuntium ; sive dictus per contrarietatem quia minime ordine vivit.

Ornatus dicitur et bonis artibus instructus et honores adeptus a populo ; etiam bene aptus, ut miles aut gladiator et acturus fabulas. Atque etiam ornatus dicitur cultus ipse quo quis ornatur, ut cum dicimus aliquem tragico vel comico ornatu prodire.

(Paul.) *Ornatus* dicitur et bonis artibus instructus et honores adeptus ; appellatur quoque ornatus cultus ipse quo quis ornatur.

Ore[sti]ades nymphae montium cultrices.

Ordo sacerdotum aestimatur deorum <ordine, ut deus> maximus quisque. Maximus videtur Rex, dein Dialis, post hunc Martialis, quarto loco Quirinalis, quinto pontifex maximus. Itaque in solis Rex supra omnis accumbat licet, Dialis supra Martialem et Quirinalem, Martialis supra proximum, omnes item supra pontificem. Rex quia potentissimus ; Dialis quia universi mundi sacerdos qui appellatur *dium*;

OREAE. Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) OL 16, *Orae* : frena equi ? Cf. ps.— Plac. *Oriae* : freni et habenae ; ab ore dicuntur. Cf. supra, s. v. *Aureas* (24, 24 dicebant frenos quibus equorum aures religantur) ; s. v. *Aureax* (8,5 aureas enim dicebatur frenum quod ad aures equorum religabatur ; orias quo ora cohercebantur).

ORDINARIUM. scurram] *Deficit codex Festi. Intervenit apographum (usque ad P— capituli lemma Peremere 236, 29).*

Hincine Gloss. Abol. OR 17 *Ordinarius* : miles qui integro (infimo ?) ordine militat ?

ORESTIADES. Cf. supra s. v. *Oreos* (198,8).

ORDO SACERDOTUM. Cf. supra, s. v. *Maximae Dignationis* (144, 11 flamen Dialis est inter quindecim flamines ; et cum ceteri discrimina maiestatis suae habeant, minimi habetur Pomonalis, quod Pomona levissimo fructui agrorum praesidet pomis).

DIUM. Cf. supra, s. v. (65, 20 quod sub caelo est extra tectum ab Iove dicebatur, et Dialis flamen, et dius heroum aliquis a Iove genus ducens) ; s. v. *Flamen Dialis* (77, 29.. Dialis autem appellatur a dio, a quo vita dari putabatur hominibus).

Martialis quod Mars conditoris Urbis parens ; Quirinalis socio imperii Romani Curibus ascito *Quirino* ; pontifex maximus quod iudex atque arbiter habetur rerum divinarum humanarumque.

Ordiri est rei principium facere ; unde et togae vocantur *exordia* [e].

(Paul.) *Ordiri* est rei principium facere.

Opaca vocantur umbrosa.

(Paul.) *Opaca* umbrosa.

Opalia dies festi quibus supplicatur Opi appellantur. Quorum alter **

(Paul.) *Opalia* dicebantur dies festi quibus Opi supplicabatur.

(Paul.) *Obnubit caput* operit ; unde et *nuptiae* dictae a capitis opertione.

(Paul.) *Oppidum* dictum quod ibi homines opes suas conferunt. *Oppidum* dicitur et locus in Circo unde quadrigae emittuntur, < ut *Naevius* « iuxta *oppidum* » >. *Oppido* valde multum ; ortum est hoc

verbum ex sermone inter se confabulantium quantum quisque frugum faceret, utque multitudo significaretur, saepe respondebatur : Quantum vel oppido satis esset. Hinc in consuetudinem venit ut diceretur oppido pro valde multum. Itaque siqui in aliis rebus eo utuntur, ut puta siqui dicat ' oppido didici ' ' spectavi ' ' ambulavi ' , errant quia nulli eorum subici potest ' vel quod satis est '.

(Paul.) *Opiter* est cuius pater avo vivo mortuus est ; ducto vocabulo aut quod obitu patris genitus sit, aut quod avum ' ob patrem ' habeat, id est pro patre.

(Paul.) *Opitulus* Iuppiter et *Opitulator* dictus est, quasi opis lator.

(Paul.) *Opturare* ex Graeco trahitur ab eo quod illi ostia ὄψας dicunt.

(Paul.) *Optio* est optatio ; sed in re militari optio appellatur is quem decurio aut cen-

QUIRINO. Cf. supra, s. v. Curis (43, 3.. Quirinum dictum putant a Curibus, quae fuit urbs opulentissima Sabinorum) ; infra, s. v. Quirinalis (302, 33). ORDIRI. Cf. infra, s. v. Primordia (250, 28 principia).

OPACA. Pertinetne ad seriem Apricum Locum (2, 16), Amoena (2, 19), etc.? Hausitne ex Festo Isidorus (Etym. 14, 8, 34-35) : Aprica loca quae sole gaudent, quasi ἀνεφελής, id est sine frigore, sive quod sint aperto caelo ; opaca vero loca quasi aperto caelo, aprico contraria ?

OPALIA. Cf. Macer Hist. I (ap. Macrob. 1, 10; 19-20) An Alter <Opalia, alter Opicon-sivia>, etc. ?

OBNUBIT. Vide supra, s. v. Nuptias (174, 25). Hincine Gloss. Abol. OB 1 Obnubit : operit, tegit ?

OPPIDUM. Cf. infra, s. v. Oppidorum (222, 5 quod opem darent). Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) OP 104 Oppida : municipia ; oppida dicta sunt ab ope danda, sed nunc civitates et municipia dicimus ? Cf. Varr. L. L. 5, 153 : (In Circo primum unde mittuntur equi nunc ducuntur carceres ; Naevius oppidum appellat) ; ps.- Plac. iuxta oppidum : prope carceres. Inde supplevi ; nam ex Varrone colligo Naevianum unicum vocabuli exemplum (vel saltem notissimum) fuisse. Cf. Serv. auct. Aen. 9, 605 ; Isid. Etym. 15, 2, 5.

OPPIDO. Festi doctrinam exhibet Donatus Hec 238 : Oppido : valde ; translatio a rusticis qui interrogati quemadmodum fruges venirent respondebant ' oppido ', id est quae et sibi et oppido sufficere potuissent.

OPITER. Hinc Gloss. Abba (= Abol.) Opiter : natus avo <vivo>, patre non vivo ; post patris mortem natus. Cf. ps.- Plac. Opiter : is (os codd.) qui obito patre et avo vivente nascitur ; Lib. de Praen. 4 : Opiter qui patre mortuo, avo vivo ginebatur. Tribrachys est ; sed perverse philologi hodierni dactylum agnoscere malunt (' ὀπίτερ, quasi avo- pater ' !)

OPTIO. obeat] vix aemulum etymon. Etymon optoponit etiam Varro Vit. Pop. Rom. III

turio optat sibi rerum privatarum ministerium quo facilius obeat publica officia.

(Paul.) *Optestatio* est cum deus testis in meliorem partem vocatur, *detestatio* cum in deteriolem.

(Paul.) *Obices* pessuli, serae.

(Paul.) *Obbrutuit* obstupuit a *bruto* quod antiqui pro gravi, interdum pro stupido dixerunt.

Afranius (420) « non possum verbum facere, obbrutui ».

(Paul.) *Obambulare* adversum alios ambulare et quasi ambulanti sese obponere.

(Paul.) *Obrogare* est legis prioris infirmadae causa legem aliam ferre.

(Paul.) *Obacerare* obloqui atque alterius sermonem moleste inpedire ; quod sump-

tum videtur a paleis, quas Graeci *ἄχυρα* vocant. Itaque et frumentum et panis non sine paleis *acerosus* dicitur, item lutum *aceratum* paleis mixtum.

(Paul.) *Oblitteratum* alii ab oblivione ; alii a litore, quod ibi notata fluctibus aequari et tolli solent.

(Paul.) *Obprobrare* probrum obicere

(Paul.) *Obacerbat* exacerbat.

(Paul.) *Oblucuviasse* (?) dicebant antiqui mente errasse, quasi in luco deorum alicui occurrisse.

(Paul.) *Oboedire* obaudire.

(Paul.) *Obperiri* expectare.

(Paul.) *Obtrectat* contra sententiam tractat.

Optutu quasi ' obtuitu ', a verbo quod est *tuor* et significat video.

(ap. Non. 68, 1) ; L. L. 5, 91. Cf. infra, s. v. (216, 23 qui nunc dicitur, antea appellabatur accensus ; is adiutor dabatur centurioni a tribuno militum ; qui ex eo tempore quo optare quem velint centurionibus permissum est etiam nomen ex facto sortitus est). Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) OB 678 Optiones : officium militum apud Romanos ; ab electione vocati ? OBBRUTUIT. Hinc Gloss. Abol. OB 6 Obbrutuit : obstipuit.

BRUTO. Cf. supra, s. v. Brutum (28, 23 antiqui gravem dicebant).

OBAMBULARE. Cf. infra, s. v. Obigitat (204, 35 dicebant antiqui pro ante agitat, ut obambulare).

OBROGARE. Vide supra, ad Derogare (61, 2 proprie est cum quid ex lege vetere quominus fiat sancitur lege nova.)

ACEROSUS. Cf. Non. 445, 13 : Acerosum namque panem farre minus purgato nec sordibus a candido separatis dicendum veteres putaverunt. Lucilius lib. XV (502 :

quae gallam bibere ac rûgas conducere ventris

farre aceroso oleis decumano pane coegit.

Hunc Graeci *αὐτόρπουρον* vocant. Aceratum vero est lutum paleis mixtum, ut laterariis usus est. Lucilius lib. IX (325) :

laterem qui ducit habet nihil amplius numquam

quam commune lutum ac paleas caenumque aceratum.

ACERATUM. Cf. supra, s. v. (18, 30 (lutum cum paleis mixtum).

OBLITTERATUM. a litore] O stulti philologi antiqui qui consonantes nihili habebatis, vocales tantilli. Hincine Gloss. Abol. OB 9 Oblitteratum : obscurum ; Gloss. Philox. OB 42 Obliterat : λήθη περιτρέπει ?

OBOEDIRE. Hinc ni fallor, Gloss. AA (= Abol.) Oboedit : obaudit, temperat.

OBPERIRI. Hincine Gloss. Abol. OB 2 Obperiri : expectare ?

OPTUTU. tuor] Cf. infra, s. v. (486, 3 video ; tuor defendo). Ad versum Pacuvii, s. v. Muleiber (128, 13) citatum, « quid me obtutu terres, mulces laudibus ? » vult haec revocare Reitzenstein.

(Paul.) Optutu quasi ' obtuitu ' , a verbo tuor quod significat video.

Optatam hostiam, alii *optimam*, appellant eam quam aedilis tribus constitutis hostis optat quam immolari velit.

Opima spolia dicuntur originem quidem trahentia ab *Ope* Saturni uxore, quod ipse < *Saturnus* > agrorum cultor habetur nominatus a satu tenensque falcem effingitur, quae est insigne agricolae. Itaque illa quoque cognominatur *Consiva* et esse existimatur terra. Ideoque in Regia colitur a populo Romano quia omnes opes humano generi terra tribuat ; ergo et *opulenti* dicuntur terrestribus rebus copiosi, et *hostiae opimae* praecipue pingues, et *opima* magnifica et ampla. Unde spolia quoque quae dux populi Romani duci hostium detraxit ; quorum tanta raritas est ut intra annos paulo < minus octingentos > , trina contigerint nomini Romano : una quae Romulus de Acrone ; altera quae [consul] Cossus Cornelius de Tolumnio ; tertia quae M. Marcellus < Iovi Feretrio de > Viridomaro fixerunt. M. Varro ait opima spolia esse etiam si manipularis miles detraxerit, dummodo duci hostium, < sed prima esse quae dux duci ; neque enim quae a duce capta > non sint ad aedem Iovis Feretri poni

testimonio esse libros pontificum, in quibus sit : « pro primis spoliis bove, pro secundis solitaurilibus, pro tertiis agno publice fieri debere » ; esse etiam Pompili regis legem opimorum spoliolum talem (4) : « cuius auspicio classe procincta opima spolia capiuntur Iovi Feretrio dari oporteat, et bovem caedito qui cepit aeris CC < C > ; secunda spolia, in Martis ara in Campo solitaurilia ultra voluerit caedito ; tertia spolia, Ianui Quirino agnum marem caedito, C qui ceperit ex aere dato ; cuius auspicio capta dis piaculum dato ». ** huius aedis lex nulla extat neque templum habeat neque scitur.

(Paul.) Opis dicta est coniunx Saturni, per quam voluerunt terram significare, quia omnes opes humano generi terra tribuit ; unde et opulenti terrestribus rebus copiosi, et hostiae opimae praecipue pingues, et opima magnifica et ampla spolia.

< *Optima lex.* > « *Ut qui optima lege fuerint* » adici solet cum quidam magistratus creantur **.

Obscum duas diversas et contrarias significationes habet. Nam Cloatius putat eo

OPTATAM HOSTIAM. Cf. supra. s. v. Maximam Hostiam (113, 23).

OPIMA SPOLIA. Iov. Fer. bovem caedito, qui cepit aeris CCC dar. op. .. utra vol. caed. < qui cepit aeris CC dato >, tert. spol. etc. *docti.* Pomp. reg. leg.] cf. Serv. Aen. 6, 859 tertiaque arma patri suspendet capta Quirino) : Possumus et, quod est melius, secundum legem Numae hunc locum accipere ; qui praecepit prima opima spolia Iovi Feretrio debere suspendi, quod iam Romulus fecerat ; secunda Marti, quod Cossus fecit ; tertia Quirino, quod fecit Marcellus ... varie de hoc loco tractant commentatores Numae legis inmemores, cuius facit mentionem et Livius. huius aedis] scil. Opis.

SATURNUS. Cf. infra, s. v. Saturno Dies Festus (432, 11 is culturae agrorum praesidere videtur, quo etiam falx est ei insigne... qui deus in Saliaribus Saturnus nominatur, videlicet a sationibus).

CONSIVA. Cf. Varr. L. L. 6, 21 : Opeconsiva dies ab dea Opeconsiva, cuius in Regia sacrarium.

OPIMA. Hincine Gloss. Abba (= Abol.) Opima : ampla, magna ?

OPTIMA LEX. Cf. infra, s. v. (216, 12 in magistro populi faciundo qui vulgo dictator appellatur).

OBSCUM. Cf. infra, s. v. Oscos (218, 12 Opsecos antea dictos ... stupra inconcessae libi-

vocabulo significari sacrum, quo etiam leges sacratae *obsatae* dicantur; et in omnibus fere antiquis commentariis scribitur *Opicum* (Opse-) pro Obsco (Osco?), ut in Titin[n]i fabula Quinto (104):

qui Obsce (Opsce?) et Volsce fabulantur, nam Latine nesciunt.

A quo etiam verba impudentia elata appellantur *obsca*, quia frequentissimus fuit usus Oscis libidinum spurcarum. Sed eodem etiam nomine appellatur locus in agro Veienti quo frui soliti produntur augures Romani.

(Paul.) Obscum dicitur significare sacrum, unde et leges obsatae, id est sacratae.

Opicum quoque invenimus pro Osco. Oscis enim frequentissimus fuit usus libidinum spurcarum, unde et verba impudentia appellantur obsca. Titinnius « Obsce et Volsce fabulantur, nam Latine nesciunt ».

Obigitat antiqui dicebant pro ante agitat, ut obambulare.

(Paul.) Obigitat ante agitat, ut obambulat.

Obinunt obeunt. **

(Paul.) Obinunt obeunt.

Obiurare <iureiurando obstringere>, ut est in ** Penthesilea (trag. inc. 6): formidabant obiurare **

(Paul.) Obiurare iureiurando obstringere.

<*Obitu*> antiqui pro aditu ponebant **

(Paul.) Obitu dicebant pro aditu.

(Paul.) *Opiparum* magnarum opum apparatu[m]. <« *opipara convivia* », id est *opulenta*>.

(Paul.) *Obescet* (-it) oberit vel aderit

(Paul.) *Obferumenta* dicebant quae offerebant.

(Paul.) *Obsecrare* est opem a sacris petere.

(Paul.) *Obesus* pinguis, quasi ob edendum factus.

(Paul.) *Opertat* saepe operit.

(Paul.) *Obnoxius* poenae obligatus ob delictum.

dinis obscena dicantur ab eius gentis consuetudine inducta). Aut hinc aut illinc Isid. Etym. 10, 198 (Obscenus impurae libidinis, a vitio Obscorum dictus) ? Ridicule (quasi 'Os-cus') Porphy. Sat. 1, 5, 62.

OBINUNT. Lacunam signavi quia suspicor Festum addidisse eius rarae formae exemplum. Nam haec omnia — Obigitat, Obinunt, Obiurare, Obitu — credo fuisse in exteriori codicis paginae columella, scil. ubi nonnisi dimidiati versus inventi sunt. Vide supra de Mamercus (116, 2). De forma -inunt vide supra ad Explenunt (70, 3).

OBITU. Exemplum, si libet, supple ex Nonio (357, 22): Accius Antigona (138) « attat, nisi me fallit in obitu sonitus », Turpilius Epiclero (66), « ecquis est qui interrumpit sermonem meum obitu suo ? »

OPIPARUM. Supplevi ex Gloss. Ansil. (= Abol.) OP 199 *Opipara convivia*: opibus parata; ab opulencia (aut opulenta?). Cf. Gloss. Abba (= Abol.) *Opiparum*: beatum, opulentum.

OBESCIT. Vide supra ad Escit (68, 1 erit).

OBFERUMENTA. Vix spectat ad Plaut. Rud. 753:

Ni offermentas habebis plures in tergo tuo (-r -DT: -r -BC: Non legitur A); nam vocis Plautinae ferrumen est etymon.

OBSECRARE. Cf. infra, s. v. Resecrare (352, 31).

OBESUS. quasi obedendo docti.

OBNOXIUS. Triane etyma contaminata sunt: (i) ob noxiam (cf. supra, 180, 26 Noxia..

(Paul.) [*Opilio* genus avis.] *Opunculo* (?) quod opilionis genus cantus imitantur.

(Paul.) *Obpuviat* verberat (-ret) a *puiendo* (pav- ?), id est feriendo. Unde *pueri* quod *puiendo* coercentur, id est plagis. Unde et *pavimenta*.

(Paul.) *Obdere* obponere vel operire.

« *Ob vos sacro* » in quibusdam precationibus est pro vos obsecro, ut « *sub vos placo* » pro supplico.

(Paul.) *Ob vos sacro* pro vos obsecro ut *sub vos placo* pro supplico.

Opportune dicitur ab eo quod navigantibus maxime utiles optatique sunt portus.

(Paul.) *Opportune* dicitur ab eo quod navigantibus maxime utiles optatique sunt portus.

<*Obher*> *bescere* herbam increscere.

(Paul.) *Obhe*<r>*bescere* herbam increscere.

Oboritur agnascitur ; nam praepositionem *ob* pro ad solitam poni testis hic versus

(trag. inc. 211) : *tantum gaudium oboriri ex tumultu maximo*, et Ennius (Ann. 297) :

ob Romam noctulegiones ducere coepit.
(Paul.) *Oboritur* adnascitur.

Obnectere obligare maxime in nuptiis frequens est.

(Paul.) *Obnectere* obligare.

Observasse dicitur qui observat quid cuiusve causa facere debeat. Ita quod is observat (-tur ?) coluisse aliquem dicitur.

Ommentans (obm- ?) <Livius> in *Odyseea* cum ait (8) :

in Pylum devenies aut (haut ?) ubi (ibi ?) *ommentans*,

significat obmanens, sed ea significatione qua saepe fieri dicitur ; id enim est *mantare*.

Ops antiqui dicebant quem nunc opulentum, ut testimonio est non solum ei contrarium *inops* ** (trag. inc. 44) :

concedit ego egens exortus sum.

<.. *cope*, id est, *copiosa*.>

damnum significat), (ii) *obnecto* (cf. Isid. Etym. 10, 198 *Obnexus* quia obligatus est nexibus culpa), (iii) *ob noxam* (cf. supra, 180, 27 *Noxa peccatum*, etc.) ?

OPUNCULO. An *Opiliunculo* genus avis ita dictum quod eae aves opilionis etc. ?

OBPUVIAT. Cf. supra, s. v. *Depuvire* (61, 14 *caedere*.. ex Graeco est, ἀπὸ τοῦ πάλειν) ; infra, s. v. *Puls* (284, 25 quod tripudium faceret, id est 'terri-puvium' ; pavire enim ferire est) ; s. v. *Tripudium* (498, 27 a terra pavienda ; nam pavire est percutere et ferire, a quo et pavimenta ; id est Graeco, quod illi πάλειν quod nos ferire). Cf. Isid. Etym. 10, 230 : Nam pavere ferire est, unde et pavementum.

SUB VOS PLACO. Cf. infra, s. v. (402, 31 in precibus fere cum dicitur significat id quod supplico).

OPPORTUNE. Cf. Donat, Hec. 626 : 'Απὸ τοῦ portus dictum opportune.

OBHERBESCERE. ante *Opportune Paul*.

OB Cf. supra, s. v. (186, 31).

OBNECTERE. Hincine Gloss. Abav. (= Abol.) OB 27 *Obnectere* : conligare ?

OBSERVASSE. Ita] i. e. observasse pro coluisse.

OMMENTANS. -nies vel -niens. Cf. infra, s. v. *Obmanens* (217, 6 pro diu manens, ut permanens), ubi altera est glossae pars. Cf. Hom. Odys. 1, 254. Cf. ps.- Plac. Omentat : expectat ; dictum a mantando, id est diu manendo. || <tu> in Pyl. docti.

MANTARE. Cf. supra, s. v. (118, 1 saepe manere).

OPS. Cf. Varr. L. L. 5, 92 : Opulentus ab ope, cui eae opimae ; ab eadem inops qui eius indiget ; et ab eodem fonte copis ac copiosus. Vocabuli copis exempla profert Nonius (84, 19).

Supplevi ex Gloss. AA (= Abol.) *Cope* : copiosa, *Copis* : copiosus, dives. Cf. Glos. Ansil. (= Abol.) CO 2110-2111 *Cops* : copia, *Copsus* (copis ?) : copiosus || Priscianus vetustissimis ascribit (I 321, 24 K.) : Hic et haec et hoc ops et cops pro opulentus et copiosus.

(Paul.) Ops antiqui dicebant opulentum ; unde e contrario inops.

Obsidionalis corona est quae datur imperatori ei qui obsidione liberavit ab hostibus obsessos. Ea fit ex gramine viridi fere ex eo loco decerpto in quo erant inclusi. *Herbam* autem victoriae signum fuisse apud antiquos aliquot exemplis docuimus. Quae corona magnae auctoritatis fuit. Nam et P. Decio datae duae sunt, una ab exercitu universo, altera ab is qui fuerunt in praesidio obsessi ; et L. Sicius Dentatus, qui Achilles Romae existimatus est ac fertur centies et vicies pro republica depugnasse, coronis donatus XXVI, in his aureis VIII, civicis XIII, muralibus tribus, obsidionali una. Inter obsidionalem et civicam hoc interesse quod altera singularis salutis signum est, altera diversorum civium servatorum.

(Paul.) Obsidionalis corona dicebatur quae ei qui obsessos liberasset ab hostibus dabatur. Ea fiebat ex gramine viridi ex eo loco decerpto in quo erant inclusi. Quae corona magnae auctoritatis erat. Civica corona singularis salutis signum erat, obsidionalis universorum civium servatorum.

Obstitutum Cloatius et Aelius Stilo esse aiunt violatum attactumque de caelo. Cincius (27) ** cum qui deo deaeque obstiterit, id est qui viderit quod videri nefas esset. (Paul.) Obstitutum violatum.

Obstinato obfirmato, perseveranti ut tenere possit, ut Pacuvius (425) :

obstinati exorsus ;

ut Accius in Amphitruone (84) :

aut tam obstinato animo confusus tuo.

Cato in Q. Thermum de X hominibus (2) : Rumorem famam flocci fecit <inter>cutibus stupris obstinatus, insignibus flagitiis. Naevius in Lycurgo (50) :

vos qui astatis obstinati.

(Paul.) Obstinat obfirmat.

« *Obstrudant obstatulent* » (com. inc. 73) ab avido trudendo in gulam, non eumendo cibum. Unde et *obstrudulentum* <adpetendum> dixit Titinius (165) :

obstrudenti aliquid quod pectam sedens,
aut lucu[l]entaster aut formaster
frigidus.

(Paul.) Obstrudant avido trudent.

Obsidium, tamquam praesidium subsidium, recte dicitur. Cuius etiam auctor C. Laelius pro se apud populum : Ut in (uti ?) nobis terra marique simul obsidium facerent. Et Sallustius Historiarum I (46) : Magnis operibus perfectis obsidium coepit per L. Catilinam legatum.

Obstipum oblicum. Ennius lib. XVI (420) :
montibus obstipis obstantibus, unde
oritur nox,

et in lib. VIII (283) :

amplius exaugere obstipo lumine solis ;
Caecilius in Imbris (99) :
resupina obstipo capitulo sibi ventum
facere tunica ;

OBSIDIONALIS CORONA. Cf. Gell. 5, 6, 8-10. Romae] Romanus Gell. 2, 11, 1.

HERBAM. Cf. supra, s. v. Herbam Do (88, 10).

OBSTITUM. Cf. infra, s. v. Pura Vestimenta (292, 25 ad sacrificium sacerdotes habebant, id est non obs<t>ita, non fulgurita, non funesta, non maculata).

OBSTINATO. interout.] cf. supra, s. v. Inter Cutem Flagitatos (98, 22) ; s. v. Intereutitus (100, 24).

OBSTRUDULENTUM. Cf. ps. — Plac. Obstrudenta : adpetenda. || lucent.] ut lucuntulus, ex Graeco λυκός (Arch. Lat. Lex. 11, 332).

OBSIDIUM. Alteram partem huius doctrinae habes infra, s. v. Obsidionem (218, 2 potius dicendum esse quam obsidium adiuvat nos testimonio suo Ennius, etc.).

OBSTIPUM. — itum codd., ut codd. Pauli, et, ni fallor, is cod. unde hausit Gloss. Cyrill. = Philox.) Obstitus : κατηφής.] Imbris] i. e. — riis.

Lucretius (4, 519) :

omnia mendose fieri atque obstipa
necesse est.

(Paul.) Obstitutum oblicum.

Obsalutare offerre salutandi gratia dicebant
antiqui, ut consalutare persalutare.

(Paul.) Obsalutare salutandi gratia
offerre.

(Paul.) *Obsequela* obsequium.

(Paul.) *Oleagineis coronis* ministri trium-
phantium utebantur quod Minerva dea
belli [esse putabatur].

(Paul.) *Olentica* mali odoris loca.

(Paul.) *Olivetam* dicebant ab oleis ut a
vino vindemiam.

(Paul.) *Officiosus* ab efficiendo dictus.

(Paul.) *Offucias* fallacias <a fuco>.

(Paul.) *Offucare aquam* in fauces obsorben-
dam dare.

(Paul.) *Offectores* colorum infectores.

(Paul.) *Orime* (?) ocissime.

(Paul.) *Oenigenos* unigenitos.

(Paul.) *Oestrum* (-us ?) furor Graeco vo-
cabulo.

(Paul.) *Omen*, velut ' ore-men ', quod fit
ore augurium quod non avibus aliove
modo fit.

(Paul.) *Onem* masculino genere dixerunt,
ut « ovibus duobus », non duabus.

(Paul.) *Orantes* laetantes ab eo clamore
quem faciunt redeuntes ex pugna vic-
tores milites, geminata O littera.

(Paul.) *Ovalis corona* est murtea quam ha-
bebant qui ovantes introibant cum bella

OBSEQUELA. Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) OB 471 Obsequela : <obsequium> ?

OLEAGINEIS CORONIS. Cf. Gellius 5, 6, 4 (Oleaginea corona qua uti solent qui in proe-
lio non fuerunt, sed triumphum procurant), qui in hoc capitulo de coronis militaribus saepe
ad Festum quadrat.

OLENTICA. Vide supra ad Opaca (200, 5).

OLIVETAM. Cf. infra, s. v. (220, 31 antiqui dicebant cum olea cogeatur, ut messem
cum frumenta aut vindemiam cum uvae).

OFFICIOSUS. Hincine Isid. Etym. 6, 19, 1 : Officium ab efficiendo dictum quasi ' effi-
cium ', propter decorem sermonis una mutata littera ?

OFFUCIAS. Hinc Gloss. Abol. OF 5 Offucias : fallacias ; a fuco. Et cohaerere hoc lemma
cum sequente docet ps. — Plac. Offuciarum : fallaci<ar>um aut rerum ad decipiendum
speciose comparatarum ; dictum ab offucando, quod est furtim colorare, Offucas : offers
vel in fraudem das. Vide ne comicus nescioqui scripserit « offucas aquam ».

OFFECTORES. Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) OB 102 Obfectus : infectus vel infusus ?
Cf. supra, s. v. Infectores (99, 27 qui alienum colorem in lanam coiciunt ; offectores qui pro-
prio colori novum efficiunt).

OMEN. Cf. Varr. L. L. 6, 76 : Omen, quod ex ore primum elatum est, ' osmen ' dictum ;
7, 97 : Omen.. ' osmen ', e quo Sextritum ; Donat. Andr. 200 ; Omen est quicquid ore dici-
tur.

OVEM. Cf. infra, s. v. Recto Fronte (364, 5 in commentariis sacrorum pontificalium fre-
quenter est hic ovis et haec agnus ac porcus). ov. du.] cf. infra, s. v. Ovibus Duabus (220,
22 multabantur apud antiquos in minoribus delictis). Cf. Varro Rer. Hum. XXII (ap. Non.
216, 25) : Ut etiam multatibus qui oves duos, non duas dicunt, Homerum secuti qui ait
(Il. 23, 31) πολλοὶ δ' ὄες ; Varro (ap. Gell. 11, 1, 4) : M. Varro verba haec legitima quibus
minima multa diceretur concepit « M. Terentio, quando citatus neque respondit neque
excusatus est, ego ei unum ovem multam dico ».

OVALIS CORONA. De altera parte huius glossae cf. supra, s. v. Murtea Corona (131, 7).
Et aliae partes et huius et praecedentis fortasse colligendae sunt ex Gell. 5, 6, 20-23 : Ovalis

non erant indicta aut sine sanguine confecta.

Obvaricator dicebatur qui cuiquam occurrebat quo minus rectum iter conficeret.

(Paul.) *Obvaricator* dicebatur qui cuiquam occurrebat quominus id rectum iter conficeret.

Oufentinae tribus initio causa fuit nomen fluminis Ofens, quod est in agro Priver-nate mare intra et Tarracinam. Lucilius (1260) :

Priverno Oufentina venit fluvioque Ofente.

Postea deinde a censoribus alii quoque diversarum civitatum eidem tribui sunt adscripti.

(Paul.) Oufentina tribus ab Ofente fluvio dicta.

Oscillum Santra dici ait quod os cellant, id est inclinent praecipitesque afferantur. *Oscillantes* ait Cornificius ab eo quod os celare sint soliti personis propter verecundiam qui eo genere lusus utebantur. Causa autem eius iactationis proditur** Latinus rex, qui proelio quod ei[s] fuit adversus Mezentium Caeritum regem nusquam apparuerit, iudicatusque sit Iuppiter factus Latiaris. Itaque scit eius dies (per sex eos dies ?) feriatos liberos servosque requirere eum non solum in terris sed etiam qua vide[n]tur caelum posse adiri per oscillationem, velut imaginem

quandam vitae humanae in qua altissima interdum <ad infimum>, infima ad summum efferuntur. Atque ideo memoriam quoque redintegrari initio acceptae vitae per motus cunarum lactisque alimentum quia per eos dies feriarum et oscillis moveantur et lactata potione utantur. Nec desunt qui exemplum Graecorum secutos putent Italos quod illi quoque iniuria interfecto Icaro, <cum> Erigone filia eius dolore impulsa suspensio perisset, per simulationem **.

Ostentum non solum pro portento poni solere sed etiam participialiter <pro ostentato> testimonio est Pacuvius in Medo (238) :
atque eccum in ipso tempore ostentum senem,

et Accius in Bacchis (252) :

et praesens praesto irrideris nobis **

** stipe ultro ostentum obtulit.

(Paul.) Ostentum ostentatum.

Oscinum tripudium est quod oris cantu significat quid portendi, cum cecinit corvus cornix noctua parra pieus.

(Paul.) Oscinum augurium a cantu avium.

Obstinet dicebant antiqui quod nunc ostendit, ut in veteribus oarminibus (trag. inc. 215) : Sed iam se caelo cedens Aurora obstinet suum patrem.

(Paul.) Ostinet pro ostendit.

corona murtea est ; ea utebantur imperatores qui ovantes urbem introibant ; ovandi ac non triumphandi causa est cum aut bella non rite indicta neque cum iusto hoste gesta sunt, aut hostium nomen humile et non idoneum est, ut servorum piratarumque, aut deditione repente facta ' inpulverea ', ut dici solet, incruentaque victoria obvenit ; cui facilitati aptam esse Veneris frondem crediderunt, quod non Martius, sed quasi Venerius quidam triumphus foret ; ac murteam coronam M. Crassus, cum bello fugitivorum confecto ovans rediret, insolenter aspernatus est senatusque consultum faciendum per gratiam curavit ut lauro, non murto coronaretur.

OBVARICATOR. Cf. infra, s. v. Praevaricatores (252, 26 a praetergrediendo sunt vocati).

OSCILLUM. Plinius Serv. Geo. 2, 388. per oscillationem] Suspico aliquae deesse. Cf. Schol. Bern. Geo. 2, 388 : Alii dicunt : post mortem Latini regis quaesierunt eum in terra in mari, et nusquam inventum est corpus eius ; quaesierunt in aere, et suspendisse se in laqueo inventum est, et initiaverunt hoc genus mortis. || ad inf.] infimantur Walter.

OSTENTUM. Cf. infra, s. v. (218, 22 quo nunc utimur interdum prodigii vice, quin participialiter quoque dici solitum sit non dubium facit, etc.) ; s. v. Ostentas (220, 18).

Oscines aves Ap. Claudius esse ait quae ore canentes faciant auspicium, ut corvus cornix noctua; *alites* quae alis ac volatu, ut buteo sanqualis aquila inmusulus vulturius; *picamaut* (pici autem) Martius Feroniusque et parra et in oscinibus et in alitibus habentur.

(Paul.) *Oscines aves auspicium ore facientes.*

Ostiam urbem ad exitum Tiberis in mare fluentis Ancus Martius rex condidisse et feminino appellasse vocabulo fertur; quod sive ad urbem sive ad coloniam quae postea condita est refertur, neutrum certe plura <le pro>ferri non debet.

(Paul.) *Ostia urbs ab exitu Tiberis appellata.*

Osculana pugna in proverbio quo significabatur victos vincere, quia in eadem ** et Valerius Laevinus imperator Romanus a Pyrrho erat victus et brevi eundem

regem devicerat. Sulpicio ** item imperator noster. Eius rei meminit Titinius hoc modo (181):

haec quidem quasi Osculana pugna est
<hau> secus

quia in (hi) fugere pulsi hinc spolia colligunt.

Significatur etiam *osculo* saviu, ut Plautus in *Nervolaria* (Stich. 91):

osculum. Sat est osculi mihi <vostri>.

Qui amabo, mi pater?

Quod inter cognatos propinquosque institutum ab antiquis est maximeque feminas **

(Paul.) *Osores* dixerunt qui aliquem odisset.

(Paul.) *Ollis* illis.

(Paul.) *Obiurgatio* post turpe factum castigatio; *monitio* vero est ante commissum.

(Paul.) *Obtrectator* est qui facit quid contra recte tractantem.

OSCINES. Hincine Isid. Etym. 12, 7, 76: Oscines aves vocant quae ore cantuque auspicium faciunt, ut corvus cornix picus; alites quae volatu ostendere futura videntur? Etiam Gloss. Abba (= Abol.) Oscines aves: quae cantando auspicia faciunt? Cf. Varr. L. L. 6, 76: Oscines dicuntur apud augures quae ore faciunt auspicium.

ALITES. Cf. supra, s. v. (3,10 volatu auspicia facientes istae putabantur: buteo sanqualis inmusulus aquila vulturius).

OSTIAM. Cf. Charis, p. 98, 14 K.: Ostia exitus fluminum in mare neutro genere semper pluraliter dicuntur; sed si urbem significare voles, singularem potius numerum observabis quamvis Sallustius frequenter etiam plurali numero urbem significet.

OSculANA PUGNA. i. e. Ausc- (Schwyzer, Rhein. Mus. 77, 108). Sulp.] P. Sulpicius Saverrius Asculanum pugnam infelice fecit.

OSculUM. Nervol.] cf. supra s. v. Nassiterna (168, 18). Hincine Gloss. Philox. OS8 Osculum: φιλῆμα εὐσεβείας? Quae desunt supplent docti ex duro Catone ap. Plin. N. H. 14, 90; tu supple, si libet, ex Serv. auct. Aen. 1, 356: Quidam osculum filiis dari, uxori basium, scorto saviu dicunt: Donat. Eun. 456: Oscula officiorum sunt, basia pudicorum affectuum, savia libidinum vel amorum. Cf. Gloss. Philox. BA 45 Basium: φιλῆμα, SA 160 Savium: φιλῆμα ἑταιρικόν.

OSOREM. Hucine rediv Gloss. Abol. OS2 Osores, odibiles, Osores sic osores ab odio sicut amatores ab amore vocantur; Isid. Etym. 10, 197: Osor inimicus, ab odio dictus sicut amator ab amore; et est generis communis, Odibilis: odio aptus? Illud Isidori 'et est g.o.' provenit ex Placido (non ps.-Plac.): Osor dicitur qui alium odio habet, et est nomen generis communis, hic et haec osor; 'osrix' enim dici non potest nisi a stultis. Certius ad Festum rediv Gloss. Philox. OS 2 Osor: μισήτης ἀρχαίως.

OLLIC. Sic gl. Cyrill. (= Philox) corrogo, Illoc (ollic cod.): ἐκείσε.

OBTRACTATOR. Cf. supra, s. v. Obtrectat (203, 17 contra sententiam tractat).

(Paul.) *Obmanens* pro diu manens, ut permanens.

(Paul.) *Offringi* terra dicitur cum iterum transverso sulco aratur.

Optima lex ** in magistro populi faciundo qui vulgo dictator appellatur quam plenissimum posset ius eius esse significabatur, ut fuit Mani Valerii M. f. Volus[ui]nae gentis qui primus magister a populo creatus est. Postquam vero provocatio ab eo magistratu ad populum data est, quae ante non erat, desitum est adici 'ut optima lege', ut pote imminuto iure priorum magistratuum.

Originum libros quod inscripsit Cato non satis plenum titulum propositi sui videtur amplexus, quando praegravavit ea quae sunt rerum gestarum populi Romani.

Optio qui nunc dicitur antea appellabatur *accensus*. Is adiutor dabatur centurioni a tribuno militum. Qui ex eo tempore <quo optare> quem velint centurionibus permissum est etiam nomen ex facto sortitus est. Plautus in *Asinaria* (96) :

qua me, qua uxorem, qua tu servum
Sauream
potes circumduce aufer ; promitto tibi
non obfuturum si id effeceris.

tibi optionem sumito Leonidam.

Obsidionem potius dicendum esse quam obsidium adiuvat nos testimonio suo Ennius in *Telamone* cum ait (278) :

scibas natum ingenuum Aiace[m] cui tu
obsidionem paras.

Item alio loco (330) :

Hector, qui haud cessat obsidionem
obducere.

Orare antiquos dixisse pro agere testimonio sunt [quod] et oratores et i qui nunc quidem legati, tunc vero *oratores* quod reipublicae mandatas partis agebant ; Ennius quoque cum dixit in lib. I *Annaeum* (20) :

face vero quod tecum precibus pater
orat.

(Paul.) *Orare* antiqui dixerunt pro agere. Unde et oratores causarum actores et oratores qui nunc legati quod reipublicae mandata peragerent.

Oscos quos dicimus ait Verrius Opseos antea dictos teste Ennio cum dicat (*Ann.* 296) :

de muris rem gerit Opseus.

Adicit etiam quod stupra inconcessae libidinis *obscena* dicantur ab eius gentis consuetudine inducta. Quod verum esse non satis adducor, cum apud antiquos

OBMANENS. Cf. supra, s. v. Ommentans (208, 5 significat obmanens). Duae, ut videtur, unius glossae partes.

OPTIMA LEX. Cf. supra, s. v. (204, 21).

OPTIO. Cf. supra, s. v. (201, 24 is quem decurio aut centurio optat sibi rerum privatarum ministrum quo facilius obeat publica officia). Cf. Varr. L. L. 5, 91 : Quos hi decuriones administros ipsi sibi adoptabant optiones vocari coepti, quos nunc propter ambitionem tribuni faciunt ; Vit. Pop. Rom. III (ap. Non. 68, 1) : Referentibus centurionibus et decurionibus adoptati in cohortes subibant ut semper plenae essent legiones ; a quo optiones in turmis decurionum et in cohortibus centurionum appellati.

OBSIDIONEM. Cf. supra, s. v. Obsidium (210, 5 tamquam praesidium, subsidium recte dicitur, etc.) Aut duae eiusdem glossae sunt partes, aut secum pugnat Festus.

ORARE. Cf. supra, s. v. Adorare (17, 26 apud antiquos significabat agere ; unde et legati oratores dicuntur quia mandata populi agunt).

ORATORES. Cf. supra, s. v. (196, 9).

OSCOS. Cf. supra, s. v. Obscure (204, 24). Vix huc revocanda gl. Abol. OB 72 Obscenus : ore saevas (scaevas ?) id est male canentes. Potius Gloss. Philox. OB 58 Obscenus : αἰσχροποιός, ἀσελγής, αἰσχρὸς τρόπος καὶ ἐλαττώμασι, ἀκάθαρτος, ἀπαίσιος (saltem glossae duo ultima verba).

omnis fere obscena dicta sint quae mali ominis habebantur, ut illa Vergillii testimonio sunt, ut superiorum auctorum exempla referre non sit necesse, cum ait (Aen. 3, 241) :

Harpyias obscenas volucres,
et (Aen. 3, 367) :

obsccenamque famem.

Ob praepositione antiquos usos esse pro ad testis est Ennius cum ait lib. XIV (Ann. 396) :

omnes occisi obcensique in nocte serena,
id est accensi. Et in Iphigenia (202) :

Acherontem adibo ubi Mortis thesauri obiacent.

Eiusdem autem generis esse ait obferre obtulit obcurrat oblatum obiectus. Mihi non satis persuadet.

Ostentum, quo nunc utimur interdum prodigii vice, quin participialiter quoque dici solitum sit non dubium facit, etiam C. Gracchus de legibus a se promulgatis cum ait : Quod unum nobis in ostentum, ipsis in usum adportatur.

Occisitantur saepe occiduntur. Sic C. Gracchus pro rostris in P. Popillium : Homines liberi nunc in oppido occisitantur.

(Paul.) *Occisitantur* saepe occiduntur.

Osi sunt ab odi [o] declinasse antiquos testis est C. Gracchus in ea quae est de lege Minucia cum ait : Mirum si quid his iniuriae fit : semper eos osi sunt. Quod nunc quoque cum praepositione elatum frequens est, quando dicimus perosi.

(Paul.) *Osi* sunt ut perosi sunt dicebatur.

Ostende ostendam, ut permultis aliis exemplis eius generis manifestum est.

Optionatus ut decurionatus pontificatus dicitur, ut Cato in ea quam habuit apud equites (2) : Maiores seorsum atque divorsum pretium paravere bonis atque strenuis, decurionatus optionatus hastas donaticas aliosque honores.

(Paul.) *Opti* <o> natus ut decurionatus sive pontificatus dicitur.

Ob os ad os significat <Cato> item ut superioribus quoque exemplis testatus est.

(Paul.) *Ob os* significat ad os.

Obsonitavere saepe obsonavere Cato in sua sione <ne> delege Orchia derogaretur (1) : Qui antea obsonitavere <aere>, postea centenis obsonitavere.

(Paul.) *Obsonitavere* saepe obsonavere. Significat autem convivari.

Ostentas saepe ostendis gloriandi causa. Sed et participialiter id et dici debet et dictum est feminino genere.

(Paul.) *Ostentas* saepe ostendis gloriandi causa.

(Paul.) *Opigenam Iunonem* matronae colebant quod ferre eam opem in partu laborantibus credebant.

(Paul.) *Oletum* stercus humanum. Veranius (10) : Sacerdotula in sacratio Martiali fecit oletum.

Ovibus duabus multabantur apud antiquos

OB. Cf. supra, s. v. (186, 31). obiac.] cf. infra, s. v. Obiacuisse (222, 20 ante iacuisse). || es. ait] scil. Verrius, qui nimirum exempla horum quinque verborum citaverat.

OSTENTUM. Cf. supra, s. v. (214, 3) ; infra, s. v. Ostentas (220, 18). || etiam] ad 214, 5, ubi citantur Pacuvius et Accius testes, revocat Reitzenstein (Verrianiische Forschungen 19).

OSTENDE. Vide supra, ad Dico (63, 18 pro dicam antiqui posuere). Catoni imputa.

OPTIONATUS. hast. don.] cf. supra, s. v. Hastae (90, 21 Romani fortes viros saepe hasta donarunt).

OB OS. Cf. supra, s. v. Ob (186, 31 ; 218, 21).

OBSONITAVERE. aere] add. Walter.

OSTENTAS. partic.] cf. supra, s. v. Ostentum (214, 3 ; 218, 27).

OPIGENAM. Cf. Mart. Cap. 2, 149 : Opigenam te quas vel in partus discrimine vel in bello protexeris precabuntur. Vide supra ad Cinxiae Iunonis (55, 20) :

OVIBUS DUABUS. Antiquitus ' ov. duobus ' (cf. supra, s. v. Ovem, 218, 4). pecul.] cf.

<in> minoribus delictis ut in maioribus am (XXX ?) bubus ; nec hunc ultra numerum excedebat multatio, quae postea quam aere signato uti civitas coepit pecoraeque mul<ta>ticia incuria corrumpabantur — unde etiam *peculatus* crimen usurpari coeptum est —, facta est aestimatio pecoralis multae, et boves centenis assibus, oves denis aestimatae. Inde *suprema multa*, id est maxima, appellatur tria millia aeris ; item viceis minoribus delictis.

Olivetam antiqui dicebant cum olea cogebatur, ut messem cum frumenta aut vindemiam cum uvae. Quod vocabulum potius frequentari debebat quam nullum eius significationis causa haberemus quamvis quidam *olivitatem* [m]eam dicant.

Oppidorum originem optime refert. Cicero lib. I de Gloria (8) eamque appellationem usurpatione[m] appellatam esse existimat quod opem darent, adiciens « ut imite[tu]r ineptias Stoicorum ».

(Paul.) Oppidum dictum est quod opem praebet.

Orcum quem dicimus ait Verrius ab antiquis dictum 'Ur[a]gum', quod et U litterae sonum per O efferebant et per O litterae formam nihilominus G usurpa-

bant. Sed nihil affert exemplorum ut ita esse credamus, nisi quod is deus nos <morte>maxime urgeat.

(Paul.) Orous ab urgendo mortem dictus. C enim pro G frequenter ponebant antiqui.

Obmoveto pro admoveto dicebatur apud antiquos, ut alia quae supra relata sunt.

Offendices ait esse Titius nodos quibus apex retineatur et remittatur. At Veranius (9) coriola existimat quae sint in loris apicis quibus apex retineatur et remittatur, quae ab offendendo dicantur ; nam cum ad mentum perventum sit, offendi mentum.

(Paul.) Offendices dicebant ligaturae nodos quibus apex retinebatur. Id cum venisset ad mentum dicebatur offendi mentum.

Oluatium (?) Antistius Labeo (9) ait esse mensurae genus.

Occultum offerre significat sub terram fere ponere.

Obiacuisse ante[a] iacuisse.

II. EX GLOSSARIIS ET SCHOLIIS.

? (Gloss. Philox. OC 8) *Occipit* : ἄρχεται.

(Gloss. Abol. OC 6-7) *Oculi emissicii* : exstantes, eminentes.

infra, s. v. (232, 29 ; 268, 33). aestim.] cf. supra. s. v. Aestimata Poena (23,1 ovem decussis, bovem centussis, hoc est decem vel centum assibus). supr. mul.] cf. supra, s. v. Multam Maximam (129,8 trium milium et viginti assium, quia non licebat quondam pluribus triginta bubus et duabus ovibus quemquam multari, aestimabaturque bos centussi[bu]s, ovis decussi[bu]s.)

OLIVETAM. Cf. supra, s. v. (211,7 dicebant ab oleis ut a vino vindemiam).

OLIVITATEM. Exempla habes ap. Non. 148, 1, v. g. Varr. R. R. 1, 59, 4. Sed oleitatem (oletat- ?) usurpat Cato R. R. 144,5 (cf. Goetz praef. p. xi).

OPPIDORUM. praeb.] etymologiam obscurat Paulus noster. Cf. supra, s. v. Oppidum (201,6 dictum quod ibi homines opes suas conferunt).

ORCUM. Hinc nimirum. Gloss. Abol. OR 32 Orcus secundum stultitiam Gentilium deus inferni dictus ab urgendo mortem (-te ?).

OBMOVETO. Vocem] s. v. Ob (218, 21), etc. Hinc Gloss. Abol. OB 13. Obmoveto : pro moveto adante. Supra, ut videtur, rei divinae usurpat Cato R. R. 134 (obm., omm.) ; 141, 4.

OFFENDICES. Hinc Gloss. Abol. OF 6 Offendix : nodus proprie quo apex flaminum restringitur et remittitur.

OCULI EMISSICII. Adde Plaut. Aul. 41 :

circumspectatrix cum oculis emissiciis.

Oculi grammosi : crassa pituita obsiti.

P

(Gloss. Philox. OF 13 ; Abol. OF 4) *Offimentum* : ἡλος.

Offivebant : claudebant seris.

? (Gloss. Fest.) *Ola* : summi umeri pars posterior.

? (Gloss. Abol. OP 1) *Opus Musaeum* : carmen Musarum.

(Gloss. Abol. OR 31) *Oratio* : dictio vel oris ratio.

(Schol. Isid.) Hos Romani alio nomine *Orminos* dicunt ideo forsitan quia acceperint libertatem sicut et vas quod aquas accipit orca dicitur, sicut et qui [apud Gentiles] putatur mortuos accipere, Orcus.

(Gloss. Abol. OS3) *Ostenta* : proprie appellantur quae se sine corporibus solidis hominibus ostendunt et oculis atque auribus obiciuntur, qualia quondam apparuerunt venatio in caelo, arma, Furiae, nocte lux, interdium tenebrae.

I. EX APOGRAPHO FESTI, CODICIS FESTI, PAULO.

Praeceptat in Saliari carmine est saepe praecipit.

(Paul.) Praeceptat saepe praecipit.

Pa (?) pro parte et *po* (?) pro potissimum positum est in Saliari carmine.

Promenervat item pro monet.

Praedotient (-opi- ?) praecoptant.

Prospices (?) prospice (-cae ?).

Pesnis (?) pennis, ut *Casmenas* dicebant pro Camenis et *cesnas* pro cenis.

Polteo (?) pro ulteriore.

Polet pollet, quia nondum geminabant antiqui consonantes.

Plisima (?) plurima.

(Paul.) Plisima plurima.

Pr<a>e tet tremonti praet<r>emunt pe (te).

Perfines (?) perfringas.

Promeriom praecipuum, praeter ceteros meritum ; aut ' promedium ', hoc est

OCULI GRAMMOSI. Adde Caecil. 286 :

grammosis oculis ipsa, atratis dentibus.

OFFIVEBANT. Cf. supra, s. v. Fivere (81, 23 apud Catonem pro figere).

OLA. Vide supra in Praefatione, p. 75.

ORATIO. Cf. Isid. Etym. 1, 5, 8 : Oratio dicta quasi oris ratio. Cum Glossarium Abolita nihil de Isidoro hauserit, consensus eius glossarii cum Isidoro indicat hanc gl. esse Festinam.

OSTENTA. Cf. infra, s. v. Portenta Rerum (284, 30 fieri dicuntur cum solida corpora quae raro se ostendunt apparent, ut cometae turbines barathra tonitrua sereno caelo facta). Cf. Class. Quart. 22, 117.

Apographum Festi adhibemus usque ad Peremere (236,30) ubi Festi codex iterum praesto est.

PRAECEPTAT. Sal. carm.] unde omnia haec lemmata usque ad Pilumnoe Poploe.

PROMENERVAT. Cf. supra, s. v. Minerva (109, 27 dicta quod bene moneat) || vix promonet.

PESNIS. An -nais ? An -neis ? Cf. supra, s. v. Dusmo in Loco (59, 4 antiqui enim interserebant S litteram et dicebant cosmittere pro committere et Casmenae pro Camenae) ; infra, s. v. Pennas (228,7 antiquos fertur appellasse petnas.. item easdem pesnas, ut cesnas).

POLET. nond. gem. cons.] Vide supra ad Anus (5, 25).

PLISIMA. plisima vel plisma apographi codd. : plisima codd. Pauli : plusima cod. Varonis (L. L. 7, 27 plusima plurima) : ploisuma docti.

PRAE TET TREMONTI. Cf. Ter. Scaur. 28,9 K. : Numa in Saliari carmine :

(?) cume tonas, Leucesie, prae tet tremonti, etc.

participat<um>, ut ' pro indiviso ' dicimus.

Privicl[i]oes (-lois ?) privis, id est singulis.

Petilam suram seceam (sectam) et substrictam vulgo interpretatur. Scaevola (17) ait ungulam albam equi ita dici.

(Paul.) *Petilam suram* significat ungulam equi albam.

Pilumnœ poplœ in carmine Saliari Romani, velut pilis uti assueti vel quia praecipue pellant hostis.

Praepetes aves quidam dici aiunt quia secundum auspiciū faciant praetervolantes ; alii quod aut ea quae praepetamus indiciunt aut quod praetervolent** ait (ali) ex Graeco tractum putant quod ante conspectum volent nostrum, inepte scilicet ex praepositione Latina compo-

nente<s> et Graeco vocabulo. Ceterum poetae promiscue omnis aves ita appellant.

Pilare, Compilare sunt qui Graecae originis **

(Paul.) *Pilare* et *compilare* a Graeco trahitur. Graeci enim fures $\phi\lambda\eta\gamma\tau\acute{\alpha}\varsigma$ dicunt.

(Paul.) *Pilat* pilos habere incipit ; alias pro detrahit pilos, a quo *depilati*.

(Paul.) *Pila* quae parietem sustentat ab obponendo est dicta.

(Paul.) *Pilentum* vehiculi genus quo matronae ferebantur.

(Paul.) *Pilani* pilis pugnantes.

(Paul.) *Pel[l]icatur* qui pellicit ad fraudem.

(Paul.) *Pellirem* (?) *galerum* quia fiebat ex pelle.

PETILAM. Cf. Non. 149, 5 : Petilum tenue et exile, etc. Etiamne alibi tractavit hanc vocem Festus ? Nam Gloss. Corp. (= Abol. ?) habet (P 471) Plautus (Petilus) : gracili corpore. Cf. Isid. Etym. 12, 1, 52 : Qui autem (scil. equi) albos tantum pedes habent petili appellantur, qui frontem albam calidi ; Gloss. Philox. CA 71 Calidus (calculosus vel caevus *codd.*) : $\lambda\epsilon\upsilon\kappa\omicron\mu\acute{\epsilon}\tau\omega\pi\omicron\varsigma$.

PRAEPETES AVES. Cf. infra, s. v. (286, 15 dicuntur quae se ante auspicantem ferunt ; nam antiqui praepetere dicebant pro anteire). Hincine Gloss. Abol. PRAE 45 Praepetes aves : quae volatu suo auguria ostendunt (quibus addit Gloss. Ansil. PR 615 dictae autem praepetes quia omnes aves priora petunt volantes) ? Cf. Serv. auct. Aen. 3, 361 : Praepetes sunt quae secundo auspicio ante eum volant qui auspicatur, etc.

COMPILARE. Cf. supra, s. v. (35, 23 cogere est et in unum condere).

PILAT. Prioris usus duo exempla affert Non. 39, 26 : Afran. Compit. 32 « praeterea nunc corpus meum pilare primum coepit » ; Nov. Exod. 19 « pati dum poterunt, antequam pugae pilant ». detr. pil.] Hucine redit Gloss. Philox. PI 24 Piligerat : $\tau\epsilon\iota\chi\omicron\lambda\omicron\gamma\epsilon\acute{\iota}$?

PILA. Cf. infra (in parte ii), s. v. An ab <pellendo, id est> obp ?

PILENTUM. Scripsitne Festus tam plene quam Servius (et Serv. auct.) Aen. 8, 666 (pilentes matres in mollibus) ? Scholium bene restituit Heraei emendatio ' lectico-cisia ' : Pilenta sunt vehicula sicut nunc basternas videmus ; erant autem tunc veneti coloris, non ut nunc sunt russati, quibus nisi castae non utebantur.. quidam pilenta lecticocisia sed vulgo dicta tradunt.

PILANI. Cf. Varr. L. L. 5, 89 : Hastati dicti qui primi hastis pugnabant, pilani qui pilis, principes qui a principio gladiis, etc.

PELLICATOR. Cf. infra, s. v. Paelices (248, 1).

PELLIREM. vix Pilleum ; ut Isidorus (Etym. 19, 30, 5) : Galerum pilleum ex pelle caesae hostiae factum ; pilleum autem dictum a pelle hostiae unde fiebat (ubi illa ' gal. .. fac. ' ex Serv. auct. Aen. 2, 683 hausta sunt). Vide ne Festus scripserit sic fere : Galerum interpretantur quasi ' pellerum ', etc. Cf. Gloss. Ansil. GA 45 Galerum : corium ; inde et galea.

(Paul.) *Pellerit* in fraudem induxit.

(Paul.) *Pelluviae* quibus pedes lavantur, ut *malluviae* quibus manus.

(Paul.) *Pelamys* genus piscis dictum quod in luto moretur quod Graece dicitur *πηλός*.

(Paul.) *Pellem* habere Hercules fingitur ut homines cultus antiqui admoneantur. Lugentes quoque diebus luctus in pellibus sunt.

(Paul.) *Pillea* Castori et Polluci dederunt antiqui quia Lacones fuerunt, quibus pilleatis militare mos est.

(Paul.) *Pelta* genus scuti.

Picati appellantur quidam quorum pedes formati sunt in speciem Sphingum, quod eas Dori *Φίλας* vocant.

Petulantes, et *petulci* etiam, appellantur qui protervo impetu et crebro petunt laedendi alterius gratia. Vergilius in IV Georg. (10) ;

neque oves haedique petulci

floribus insultent ;

<et> (Lucr. 2, 368) :

cornigeras norunt matres agnique petulei ;

et Afranius in *Ida* (188) :

nostrum in conventum aut consessum ludum lapsumque petuleum.

Interdum pro veloce usu videntur antiqui, ut hoc versu intelligi potest (com. inc. 35) : exilivit quasi petuleus quidam, pedibus convibravit.

Petrarum genera sunt duo. Quorum alterum naturale saxum prominens in mare, cuius Ennius meminit lib. XI (Ann. 11, 365) :

alte delata petrisque ingentibus tecta, et Laevius in *Centauris* (10) :

ubi ego saepe petris.

Alterum manu factum, ut docet Aelius Gallus (11) : *Petra* est qui locus dextra ac sinistra fornicem expletur usque ad libramentum summi fornicis.

Petissere antiqui pro petere dicebant ea

PELLEXIT. Hinc Gloss. Abol. PE 2 Perlexit : in fraudem induxit (quae glossa apparet etiam in Gloss. Abstr. PE 22). Cf. supra, s. v. Lacit (104, 16 inducit in fraudem) ; infra, s. v. Paelices (248,1).

PELLUVIAE. Eadem supra, s. v. Malluvium Latum (152,26 a quo malluviae dicuntur quibus manus sunt laetae, perinde ut quibus pedes pelluviae). Cf. infra, s. v. Polubrum (286, 28 pelluvium in sacrificis vas quod nos pelvem dicimus). Addideratne hic Festus pelvis mentionem ? Cf. Vel. Long. p. 65, 19 K. : A peluendo pelvis et apud antiquos *τρισυλλάβως* pelluis, quae nunc in synaeresi pelvis dicitur ; ps.— Plac. Pelvis : ab eo quod pedum pelluvio sit, ut malluvium manuum.

PELLEM. Hercules] Cf. supra, s. v. (89, 22). Cultulant.] Cf. supra, s. v. In Pelle Lanata (102,1 nova nupta consedere solet propter morem vetustum, quia antiquitus pellibus homines erant induti. Cf. Varr. R. R. 2, 11, 11 : Neque non quaedam nationes caprarum pellibus sunt vestitae, ut in Gaetulia et in Sardinia : cuius usum apud antiquos quoque Graecorum fuisse apparet quod in tragoediis senes ab hac pelle vocantur diptheriae et in comoediis qui in « rustico opere » morantur ut apud Caecilium in *Hypobolimaeo* habet adulescens, apud Terentium in *Heautontimorumeno* senex.

PELTA. Cf. Plac. (non ps.—Plac.) : Pelta est genus scuti in modum lunae semis vel magis tertiae aut quartae quibus Amazones utuntur in pugna.

PICATI. Dori] i. e. Dorii (cf. Friedrich ad Catull. 64, 287).

PETULCI. nostr. in conv.] praecesserat ut puta ' Neve intulerit quis '. Hinc Gloss. Abol. PE 52-54 ; 56-57 ?

PETRARUM. ego] echo Scal. || fornicem] Cf. Prisc. I p. 312, 22 : Similiter nos ' dextra illum ' et ' sinistra illum '.

PETISSERE. post Peptideis (235, 11) Paul. petissant] Cur haec forma profertur ?

quidem forma verbi qua sunt lacescere et incessere, sed, ut mihi videtur, cum significabant saepius petere, et « petis-sant » saepius petant.

(Paul.) Petissere petere.

Petrones rustici fere dicuntur propter vetustatem et quod deterrima quaeque ac praeruptus iam (praeruptissima) agri *petrae* vocantur, ut *rupices* idem a rupibus.

(Paul.) Petrones rustici a petrarum asperitate et duritia dicti.

Petauristas Lucilius a peteuro appellatos existimare videtur quando ait (1298) : sicuti mechanici cum alto exiluiere peteuro.

At Aelius Stilo <quod> in aere volent cum ait : Petaurista proprie Graece ideo quod is πρὸς ἀέρα πέταται.

Petor<r>itum et Gallicum vehiculum esse et nomen eius dictum existimant a numero quattuor rotarum ; alii Osce quod i quoque *pitora* quattuor vocent ; alii Graece, sed Αλοικῶς dictum.

(Paul.) Petoritum vehiculum Gallicum. Alii Osce putant dictum quod hi pitora quattuor appellant ; quattuor enim habet rotas.

Petimina in umeris iumentorum ulcera et vulgus appellat et Lucilius meminit cum ait (1347) :

ut petimen naso aut lumbos cervicibus tangat.

Et nomine autem et inter duos armos suis quod est aut pectus (?) appellari solitum testatur Naeuius in descriptione suillae cum ait (com. 122) :

petimine piscino (porc- ?) qui meruerat. (Paul.) Petimina in humeris iumentorum ulcera.

Pennas antiquos fertur appellasse 'petnas' ex Graeco, quod illi πετῆνᾱ quae sunt volueria dicant ; item easdem *pesnas*, ut *cesnas*.

Pictor Zeuxis risu mortuus dum ridet effuse pictam a se [anum] γράψιν. Cur hoc loco relatum sit a Verrio, cum de significato verborum scribere propositum haberit, equidem non video, cum versiculos quoque ea de re rettulerit et ineptos satis et nullius [praetoris] praetexto nomine ; qui tamen sunt hi (com. inc. 10) :

nam quid modi facturi's risu denique ?

Nisi pictor fieri vult qui risu mortuus [es] t.

<*Picta toga.*> Picta quae nunc toga dicitur, *purpurea* ante vocitata est, eaque erat sine pictura. Eius rei argumentum est ** pictum in aede Vertumni et Consi quarum in altera M. Fulvius Flaccus, in altera T. Papirius Cursor triumphantes ita picti sunt. *Tunica palmata* autem a latitudine clavorum dicebatur, quae nunc a genere picturae appellatur.

(Paul.) Picta quae nunc toga dicitur

Laudaturne versus antiqui scriptoris (puta Lucilii) ? An quia praecesserat mentio formae 'facedant' (cf. 77, 3) ?

RUPICES (anapaestice pronuntiand.) Cf. Marx ad Lucil. 1121, quem versum Festus infra, s. v. Squarrosus (442, 5), citavit :

varonum ac rupicum squarrosa incondita rostra.

Vide igitur ne doctrina de Petronibus nil nisi pars fuerit doctrinae a glossographis ad hunc Lucilii versum illustrandum congestae.

PETORRITUM. Crede Lucilium vocabulo esse usum, et illud quidem in versu inter 1298 et 1347 alicubi posito.

PETIMINA. Hinc Gloss. Philox. PE 336 Petimen : κτήνους ἔλκος,

PENNAS. i. e. a Graeco πετ. quasi 'pet-nas'. Pesna autem vera antiqua forma est. Cf. supra, s. v. (222, 25) Pesnis (pennis, ut Casmenas dicebant pro Camenis et cesnas pro cenis), ex Carmine Saliari.

PICTA TOGA au. pal. cod. a lat. clav. dic.] scil. laticlavia. Cf. Liv. 30, 15, 11 (toga picta et palmata tunica) ; 31, 11, 11 (toga purpurea et palmata tunica).

ante vocabatur purpurea, eaque erat sine pictura.

Impetum (?), industrium, indulgentem perinde composita esse ait Verrius atque impune et immunis. Mihi non satis persuadet.

Pietati aedem consecratam ab Acilio aiunt eo loco quo quondam mulier habitaverit quae patrem suum inclusum carcere mammis suis clam aluerit : ob hoc factum impunitas ei concessa est

(Paul.) Pietatem ut deos ceteros colebant Romani.

Picum avem quidam dictum putant a Pico rege Aboriginum quod is solitus sit**.

(Paul.) *Pendere poenas* solvere significat ab eo quod, aere gravi cum uterentur Romani, penso eo, non numerato, debitum solvebant : unde etiam *pensiones* dictae.

(Paul.) *Penetralia* sunt Penatium deorum sacra.

(Paul.) *Peniculi* spongiae longae propter similitudinem caudarum appellatae. *Penes* enim vocabantur caudae.

(Paul.) *Penetrare* penitus intrare.

(Paul.) « *Pennatas in pennatasque agnas* » in Saliari carmine spicas significat cum aristis et alias sine aristis : *agnas* novas voluit intellegi.

(Paul.) *Penora* dicuntur res necessariae ad victum cotidianum, et locus earum *penarius*.

(Paul.) *Pentathlum* antiqui *quinquartium* (—quert—) dixerunt. Id autem genus exercitationis ex his quinque artibus constat : iactu disci, cursu, saltu, iaculatione, luctatione.

IMPETUM. an quasi indu-petum ? vix Indeptum (nam Pet—, non Ap- hic postulatur). industr.] Cf. supra, s. v. (94, 15 antiqui dicebant ' indo- struum ' quasi qui, quicquid ageret, intro strueret et studeret domi) ; infra, s. v. Struere (408, 33.. unde industrios).

PIETATI. Acil.] cf. Liv. 40, 34, 5. De Perone et Mycone cf. Notizie Scavi 1900, p. 199.

PICUM. Pi. rege] Cf. infra, s. v. Picum Regem (288, 3). Quae desunt suppl. ex Serv. Aen. 7, 190 : Augur fuit et domi habuit picum per quem futura noscebat ; quod pontificales indicant libri.

PENDERE POENAS. Cf. infra, s. v. Poenas Pendere (278, 23 in eo proprie dicitur qui ob delictum pecuniam solvit quia penso aere utebantur) ; supra, s. v. Dispensatores (63, 21 dicti quia aes pensantes expendebant, non adnumerabant) ; s. v. Grave Aes (87, 8 dictum a pondere, etc.).

PENETRALIA. Cf. infra, s. v. Penetrare Sacrificium (296, 28 dicitur quod interiore parte sacrari conficitur ; unde et penetralia cuiusque dicuntur, et penes nos quod in potestate nostra est). Cf. Serv. auct. Aen. 3, 12 : Penates appellantur quod in penetralibus aedium coli soleant ; nam et ipsum penetral penus dicitur, ut hodie quoque penus Vestae, etc.

PENICULI. Cf. infra, s. v. Penem (260, 15 antiqui eodem vocabant ; a qua antiquitate etiam nunc.. peniculi quis calciamenta tergentur, quod e codis extremis faciebant antiqui qui tergerent ea).

PENETRARE. Hinc Gloss. Ansil. (= Abol.) PE 349 Penetrare : penitus intrare.

PENNATAS. agnas] Cf. Theophrast. Hist. Plant. 8, 7, 5 : Σταχυες μικροι και τούτων οδς καλούσιν ἄγνας.

PENORA. Hinc nimirum Gloss. Philox. PE 73 Penusa : βρώτα και πότα. Cf. infra, s. v. Pignosa (232, 21). Lemmati igitur, Pennatas successeratne lemma Penusa, ambo ex Carm. Sal. tracta ?

PENTATHLUM. Cf. infra, s. v. Quinquartium (306, 8 vocabant antiqui quem Graeci πένταθλον).

Piscatorium aes vetusto more appellatur quod in monte Albano datur pro piscibus. *Pedam* vestigium humani praecipue pedis appellasse antiquos in commentariis quibusdam inveniri solet.

(Paul.) *Pedam* vestigium humanum appellabant.

Pescia in Saliari carmine Aelius Stilo dici ait capitia ex pellibus agninis facta, quod Graeci pelles vocent πέσκη neutro genere pluraliter.

Pestiferum fulgur dicitur quo mors exiliumve significari solet.

Pisatitem appellat Naevius (com. 113 a) Pantaleontem, id est e Pisis oriundum tyrannum, cum alioqui inde profecti nunc Pisani dicantur.

(Paul.) *Pisatitem* Naevius dixit e Pisis oriundum.

Pedibus obsitum, id est pediculis, Titinius *pedicosum* appellat hoc modo (177) :

rus detrudetur pedicosus, squalidus.

Pedes autem pro pediculis sio Plautus refert in *Curculione* (500) :

item genus <est lenonium> inter homines meo quidem animo.

ut muscae culices cimices pedesque pulicesque ;

et Livius in *Gladiolo* (com. 1) :

pulicesne an cimices an pedes ? responde mihi ;

et Lucilius (883) :

ubi me vidit caput scabit, pedes legit. (Paul.) *Pedes* dicuntur quos deminutive pediculos dicimus. Ab his pedicosi appellantur, ut est illud « *Pedicosus* squalidus ubi me vidit caput scabit, pedes legit ».

Pesestas inter alia quae [in] interpretacionem dicuntur cum fundus lustratus significare videtur pestilentiam, ut intelligi ex ceteris potest cum dicitur : Avertas morbum mortem labem nebulam impetiginem **.

(Paul.) *Pesestas* dicebatur pestilentia.

Pedum baculi genus incurvum, ut Vergilius in *Bucolicis* cum ait (5, 88) :

at tu sume pedum quod me, cum saepe rogaret.

(Paul.) *Pedum* baculi genus incurvum. Vergilius « at tu sume pedum ».

« *Pedem struit* » in XII (1, 2) significat fugit, ut ait Ser. Sulpicius (6).

(Paul.) *Pedem* struit dicebant pro eo quod est fugit.

Pistum a pinsendo pro molitum antiqui frequentius usurpabant quam nunc nos dicimus.

Pedarium senatorem ** significat Lucilius cum ait (1102) :

agipes vocem mittere coepit.

Qui ita appellatur quia tacitus transeundo ad eum cuius sententiam probat quid sentiat indicat.

PEDAM. Cf. ps.—Plac. (ap. praef. anthol. Salmas.).

PESTIFERUM FULGUR. Cf. infra, s. v. *Pestifera Fulgura* (284, 11 quae mortem aut exilium ostendunt).

PEDIBUS. Ecce iterum Pauli errorem, ut supra, s. v. *Neminis* (159,5). Lucili versum sic profert Non. 472,31 :

hio ubi me vidit subblanditur palpatur caput scabit.

PESESTAS. Vix —tis (unde pestis) ? Cf. infra, s. v. *Viduertas* (507, 14).

PEDUM. Cf. infra, s. v. (292,7 est baculum incurvum quo pastores utuntur ad comprehendendas oves aut capras a pedibus ; cuius meminit etiam Vergilius in *Bucolicis* cum ait « at tu sume pedum »).

PEDEM STRUIT. Hinc Gloss. Philox. PE 40 *Pedem struit* : πεύγει. Cf. infra, s. v. *Struere* (408,36 in XII quod est « si calvitur pedemve struit, manum endo iacito »).

PEDARIUM. Cf. Gell. 3, 18.

Piscatorii ludi vocantur qui mense Iunio trans Tiberim fieri solent pro quaestu piscantium.

(Paul.) *Piscatorii ludi* dicebantur qui fiebant pro quaestu piscantium.

Piscinae publicae hodieque nomen manet — ipsa non extat —, ad quam et natatum et exercitationis alioqui causa veniebat populus. Unde Lucilius ait (1266) :

pro obtuso ore pugil piscinensis reses.

Pectenatum tectum dicitur a similitudine pectinis in duas partes devexum, ut *testudinatum* in quattuor.

(Paul.) *Pectenatum tectum* dicitur a similitudine pectinis in duas partes devexum, ut *testudinatum* in quattuor.

Piari eos velut proprio verbo ait Verrius qui parum sint animati : cum mentis suae non sunt, per quaedam verba liberantur incommodo,

Pignosa pignora eo modo quo *Valesii*, *Auseli* † pinosi palisi † dicebantur.

<SEXTI POMPEI FESTI DE VERBO-

RUM SIGNIFICATU LIB. XIV.> <IN-
CIPIT FELICITER> LIB. XV.

Pectuscum Palati dicta est ea regio Urbis quam Romulus obversam posuit, ea parte in qua plurimum erat agri Romani ad mare versus et qua mollissime adibat Urbs, cum Etruscorum agrum a Romano Tiberis discluderet, ceterae vicinae civitates colles aliquos haberent oppositos.

Peculatus est nunc quidem quaecumque publicum furtum, sed inductum est a pecore, ut *pecunia* quoque ipsa. Iam (nam ?) etiam noxii pecore multabantur quia neque aeris adhuc neque argenti erat copia. Itaque *suprema multa* etiam nunc appellatur **.

(Paul.) *Peculatus* furtum publicum a pecore dictum, sicut et *pecunia*, eo quod antiqui Romanorum nihil praeter pecora habebant.

<*Piatrix* dicebatur sacerdos quae expiare erat solita,> quam quidam *simulatricem* (?), alii *sagam*, alii *expiatricem* vo-

PISCATORII LUDI. Cf. infra, s. v. (274,35 vocantur qui quotannis mense Iunio trans Tiberim fieri solent a praetore urbano pro piscatoribus Tiberinis)

PISCINAE. Reses in aevo Luciliano et postea. Hexametri dactylici deest pes ultimus spondeus, a vocali incipiens.

PIARI. Velut in Menaechemis Plauti dicitur ei qui insanire videtur (291) :
iube te piari de mea pecunia.

PIGNOSA. De S antiquitus pro R cf. supra, s. vv. Arbosem (14,9) ; Aureliam Familiam (22,5.. Auseli dicebantur, ut Valesii, Papisii pro eo quod est Valerii, Papirii) ; infra, s. v. R pro S (323,5 ut maiosibus, meliosibus, Lasibus, fesiis, etc. || pinosi] an pignosa (cf. supra, s. v. Penora, 231, 8) ? || palisi] an Papisii ?

PECULATUS. Cf. infra, s. v. (268, 33 furtum publicum dici coeptus est a pecore quia ab eo initium eius fraudis esse coepit ; siquidem ante aes aut argentum signatum ob delicta poena gravissima erat duarum ovium et triginta bovum) ; supra, s. v. Depeculatus (66, 11 a pecore dicitur ; qui enim populum fraudat peculatus poena tenetur). pecunia] Cf. supra (21, 23) s. v. Abgregare (.. cum apud antiquos opes et patrimonia ex his praecipue constiterint, ut adhuc etiam pecunias et peculia dicimus). Suprema multa]. Cf. supra, s. v. Multam Maximam (129, 8 non licebat quondam pluribus triginta bubus et duabus ovibus quemquam multari) ; infra, s. v. Supremum (398,7 cum duas oves et triginta boves supremam multam dicerent).

PIATRIX. simulatricem] simulatricem docti. Cf. infra, s. v. Simpulum (455, 15.. unde et mulieres rebus divinis deditae simulatrices).

cant ; et *piamenta* quibus utitur in expiando, alii *purgamenta*.

(Paul.) *Piatrix* dicebatur sacerdos quae expiare erat solita, quam alii *sagam* vocabant. *Piamenta* quoque dicebantur quibus utebantur in expiando.

Piacularis porca appellatur, ut ait Cloatius, cum ex sacro per aliquem pro piaculo solvitur, ut aliquae (alia quae ?) *piandi* propitiandique causa inmolantur.

(Paul.) *Piacularis porta* (!) Romae dicta propter aliqua *piacula* quae ibidem fiebant.

Pigere interdum pro tardari, interdum pro poenitere poni solet.

(Paul.) *Pigere* interdum pro tardari, interdum pro poenitere poni solet.

Pangere *figere* ; unde plantae *pangi* dicuntur cum in terram demittuntur**.

(Paul.) *Pangere* *figere* ; unde plantae *pangi* dicuntur cum in terram demittuntur. Inde etiam versus *pangi*, vel *figi* in cera, dicuntur.

(Paul.) *Peg[n]ides* (-gasid- ?) Musae dictae sunt a fonte quem Pegasus ictu ungulae fingitur (?) aperuisse. Ob quam causam et Graece appellatae sunt *ἰπποκρήνη*.

? (Gloss. Fest. ?) *Pegnides* Musae [ob ingentem liquorem] appellantur a fonte quem ungulae ictu patefecisse dicitur equus.

(Paul.) *Pipatio* clamor plorantis lingua Oscorum.

(Gloss. Fest.) *Pipatio* est clamor plorantis acerba voce. Lucilius (1249) : petit *pipa* <n>s 'da, <da>, libet'. id est petit *clama* <n>s 'da, iuvat', inquit. Ex quo antiqui clamorem acerbum <*pipulum*> appellarunt.

(Paul.) *Pepteides* (*Piplei*- ?) Musae a fonte Macedoniae dictae propter liquoris eius unicam subtilitatem.

? (Gloss. Fest. ?) *Pepteides* Musae a fonte Macedonico dictae sunt propter liquoris eius unicam subtilitatem splendoremque.

PIACULARIS PORCA. ex sacro] Cf. Plaut. Men. 289 sqq. :
adulescens, quibus hic pretiis porci veneunt
sacres sinceri ? Nummis. Nummum a me accipe :
iube te *piari* de mea pecunia ;
nam equidem insanum esse te certo scio.

FIGERE. pro tard.] Vide ne etymon adiectivi *piger* quaeratur, et verbum *pangere* (quod extra ordinem litterarum est) cum verbo *pigere* ridicule consocietur.

PANGERE. Cf. supra, s. v. Inpages (95, 28.. a pangendo, id est *figere* ; unde et poetae *pangere* versus dicuntur et agricolae *pangere* plantas).

PEGASIDES. Haec gl. (cum duabus sequentibus) si revera (cf. Praef.) inter gl. Festinas est in cod. Vat. lat. 1469, inde fortasse colligi licet tres glossas in Festo vicinas fuisse. Vide supra ad 89, 15 *Heliconides*. Huc si redit Gloss. Ansil. (= Abol.) PA 71 (*Pegaseus* fons quidam dicitur a *Paganis*) scribe <*Pegaseo*> quem etc. Vix huc revocanda gl. Ansil. PE 140 *Pege* : fons. Cf. infra, s. v. *Pugnis* (242,3)

PIPATIO. lib.] vel lib. <inquit>. Hinc Gloss. Abol. PI 1 *Pipatio* : clamor putantes (plorantis ?). Hincine gl. dubiae formae *Abba* (= Abol.) *Pipat* : conviciatus quaerit ut passer ? Sique hinc provenit gl. AA (*Pipulo* : convicio, ploratu), crede Festum versum Plauti citavisse Aul. 446 « *pipulo* te hic differam ante aedis ».

PIPULUM. Cf. infra, s. v. (300, 29) ; s. v. *Vagulatio* (514, 6 in XII significat quaestio cum convicio). ' In utriusque *pipulo* ' cum ait Fronto (ad Antonin. 3), significat ' in utriusque *pipatione* '.

PIPLEIDES. Vide supra ad 89, 15 *Heliconides*. Cf. Porphyr. Carm. 1, 26,9 (*Pimplea dulcis*) : *Pipleides* Musae dicuntur a *Pipleo* fonte Macedoniae.

(Paul.) [*Petissere* petere.]

(Paul.) *Pitpit* Osce quicquid.

(Paul.) *Picena regio*, in qua est Asculum, dicta quod Sabini cum Asculum proficiscerentur, in vexillo eorum picus consederat.

(Schol. Isid.) *Picena regio*, ubi est Asculum. a Sabinis est appellata quod inde vere sacro nati cum Asculum proficiscerentur, in vexillo eorum picus consederat.

(Paul.) *Perditum* est quod interit et recuperari non potest.

(Paul.) *Perbitere* Plautus pro perire posuit.

(Paul.) *Pergere* dicebat expergefacer.

(Paul.) *Pergite* agite. Vergilius (Ecl. 6, 13) « *pergite*, Pierides ».

(Paul.) *Pergraeare* (-ri) est epulis et potionibus inservire. Titin[n]ius (175) « hominem improbum, nunc ruri pergraeatur ».

(Paul.) *Permissus aries* appellatur qui annis compluribus tonsus non est.

Permutatur id proprie dici videtur quod ex alio loco in alium transfertur, at *commutatur* cum aliud pro alio substituitur. Sed ea iam confuse in usu sunt.

Pierides Musae propter amoenitatem ac solitudinem Pierii montis dictae videntur, quo eae secretis locis propter studia liberalia delectentur.

(Paul.) *Pierides Musae a Pierio monte dictae sunt.*

Percunctatio pro interrogatione dicta videtur ex nautico usu quia conto pertentant cognoscuntque navigantes aquae altitudinem; ob quam causam etiam ait Verrius secundam syllabam per O solere scribi. Mihi id falsum videtur, nam est illa percunctatio quod is qui curiose quid interrogat per cuncta risit (visit?), ut recte per U litteram scribatur.

(Paul.) *Percontatio* videtur dicta ex usu nautico quia aquae altitudinem conto pertemptant. Alii volunt percunctationem dici quod scilicet is qui curiosus est per cuncta interroget.

Perfugam Gallus Aelius (10) ait qui liber aut servus [aut hostis] sui (sua) voluntate ad hostes transierit; qui idem dicitur *transfuga*. Quamquam sunt qui credant perfugam esse non tam qui alios fugiat quam qui ob spem commodorum ad quempiam perfugiat.

(Paul.) *Perfuga* et *transfuga* dicitur quod ad hostes perfugiat et transfugiat.

Perfacul antiqui et per se *facul* dicebant quod nunc <perfacile,> facile dicimus. Inde permansit in consuetudine *facultas*.

(Paul.) *Perfacul* et per se *facul* antiqui dicebant quod nunc facile et

PETISSERE. Cf. supra, s. v. (226, 19).

PICENA. in qua est] i. e. cuius praecipuum oppidum est.

PERDITUM. Differentia inter Perditum et Amissum tractatur. Hucine redit Gloss. Ansil. AM 235 Amissus: relictus vel absens?

PERBITERE. Plaut.] Pseud. 778; Rud. 495.

PERGERE. Cf. supra, s. v. Experrectus (70, 12 qui per se vigilare coepit; expergitus ab alio excitatus, quem solemus dicere expergefactus).

PERGRAECARE. Hincine Gloss. Abol. PE 43 Pergraeare: luxuriare Graeco ritu?

PERMISSUS. app. ar. codd.

PIERIDES. Vide supra ad 89, 15, Heliconides.

PERFACUL, FACUL. Adverbia sunt, non adiectiva. Vide supra ad Facul (77, 6 antiqui dicebant et faulter pro facile; unde facultas et difficultas videntur dicta).

perfacile dicimus ; unde permansit in consuetudine facultas.

Peremptalia fulgura Grapus (?) ait vocari quae superiora fulgura, ut portenta, vi sua peremant duobus modis, prioribus tollendis, aut maiore manubia ut tertia secundae, secunda primae cedat ; nam ut omnia superentur fulgure, sic ictum fulgur manubiis vinci.

« *Perediam et bibesiam* » Plautus (Cure. 444) finxit sua consuetudine cum intelligi voluit cupiditatem edendi et bibendi.

(Paul.) *Perediam et bibesiam* Plautus cum dixit intellegi voluit cupiditatem edendi et bibendi.

Peremere Cincius in libro de Verbis Priscis (17) ait significare idem quod prohibere ; at Cato in libro qui est de Re Militari pro vitare usus est cum ait (4) : Cum magistratus nihil audent imperare, ne quid consul auspici peremat.

(Paul.) *Peremere* alii posuerunt pro prohibere, alii pro vitare.

Perihodos dicitur et in carmine lyrico pars quaedam et in soluta oratione verbis circumscribitur sententia. Et in gymniciis certaminibus *perihodon* vicisse dicitur qui Pythia Isthmia Nemea Olympia vicit, a circumitu eorum spectaculorum.

Perempta et interempta pro interfectis poni solet a poetis. Lucretius (4, 44) :

eum corpus simul atque animi natura perempta.

Perpetem pro perpetuo dixerunt poetae.

Pacuius in *Iliona* (208) :

fac ut coepisti, hanc operam mihi des perpetem : oculis traxerim.

(Paul.) *Perpetem* pro perpetuo dixerunt poetae.

Persillum vocant sacerdotes rudiculum picatum quo unguine flamen Portunalis arma Quirini unguet.

(Paul.) *Persillum* dicebant vas quoddam picatum in quo erat unguentum unde arma Quirini ungebantur.

Persicum portum Plautus cum ait mare Euboicum videtur significare, quod in eo classis Persarum dicitur stetisse non procul a Thebis.

(Paul.) *Persicum portum* mare Euboicum, quod in eo steterit classis Persarum.

Personata fabula quaedam Naevi inscribitur, quam putant quidam primum <actam> a personatis histrionibus. Sed cum post multos annos comoedi et tra-goedi personis uti coeperint, verisimilius est eam fabulam propter inopiam comoedorum actam novam per Atellanos. Qui proprie vocantur personati quia ius est eis non cogi in scena ponere personam, quod ceteris histrionibus pati necesse est.

Persibus peracutum significare videtur, ut Plautus (fr. inc. 37) :

ni[hi]l deconciliare sibus, nisi qui persibus sapit ;

Naevius (com. 116) :

et, qui fuerit persibus, carpenti adstratio.

(Paul.) *Persicum* (!) dixit Plautus peracutum.

Perpet<r>at peragit perficit. Pacuius in *Toucro* (317) :

PEREMPTALIA. Grapus] Gracchus vel Granius vel Gniphio docti. Cf. infra, s. v. (284, 12) quae superiora fulgura, ut portenta, peremunt, id est tollunt. || manub.] Cf. supra, s. v. Manubiae Iovis (114, 5). || nam ut <omina> omnia.. <maioribus> man. vinci docti. ictum] an ipsum ?

BIBESIAM. perbib. codd. Plauti.

PEREMERE. Iterum praesto est codex Festi (a verbis 'est cum ait').

PERPETEM. Hinc Gloss. Abol. PE 4 Perpetem : perpetuum.

PERSICUM PORTUM. Plaut.] Amph. 404 ; 412 ; 823.

PERSONATA. Atellan.] Cf. Liv. 7, 2.

PERPETRAT. Hinc Gloss. Abol. PE 6 Perpetrat : peragit. Cf. infra, s. v. Propetrare (253, 23).

neque perpetrare precibus inpetri<t>a
quid (quit);

et in Niptris (249):

Spartam reponare instat, id si perpetrat.

Quo. etiam sine praepositione usi sunt
<patrat> quod conversum iam o<bscenum in sensum est>.

(Paul.) Perpetat peragit perficit.

<Perpulit> persuasit> inpulit.. (36 litt.)..
do me.. (33 litt.).. licet c.. (24 litt.)..

(Paul.) Perpulit persuasit inpulit.

<Perti>sum di<xit pro pertaesio Scipio
Africanus> qui paul<o facetior ceteris
videri vellet>.

(Paul.) Pertisum pro pertaesum dixerunt.

Puteum Ael<ius>.. (25 litt.).. inde t **.

<Puticulos> ** <ap>pellatos <quod vetustissimum genus sepulturae in pute>is fuerit.. (30 litt.).. extra po .. (31 litt.).. inde po<tius appellatos esse existimat puticu>los Aeliu<s Stilo quod>.. (14 litt.).. <patres> familias.. (30 litt.)..

vilia proicer<ent mancipia, ibi cada-
vera> ea putescere <rent> **

(Paul.) Puticuli sunt appellati quod vetustissimum genus sepulturae in puteis fuerit, et dicti puticuli quia ibi cadavera putescerent.

<Putum> ** <pro puro dixisse> antiquos; u<nde>.. (26 litt.).. decisum est i<d quod impedimento est ad fructum Cor>nifici<us> ait. Neque <aliter significavit> Ennius>in Alexandro (62): .. (27 litt.).. a midio (me-?) purus put<us>» <Et Plautus> (Pseud. 1200):
<purus putus hic> sycophanta est.

.. (25 litt.).. quo certior sc.. (15 litt.)..
<Aurum quoque> putatum dici sol<et>, id est expurgatum, et ratio puta>ta, id est pura fact<a>.

(Paul.) Putus antiqui dicebant pro puro; unde putatae vites et arbores quod decisis impedimentis remanerent purae. Aurum quoque

PATRAT. Hincine Gloss. Philox. PA 180^a Patrat: κακεμάρως ὡς ἐπ' ἀσχρῶν?

PERTISUM. Cf. supra, s. v. Distisum (64,4 et percisum dicebant quod nunc distaesum et pertaesum); infra, s. v. Redarguisse (334, 28 per E litteram Scipio Africanus Pauli f. dicitur enuntiasse, ut idem etiam pertisum; cuius meminit Lucilius cum ait «quo facetior videre et scire plus quam ceteri, pertisum hominem, non pertaesum, dice» etc.) Cf. Cic. Orator 159: Concisum, non 'concaesum'; ex quo quidam 'pertisum' etiam volunt, quod eadem consuetudo non probavit.

PUTEUM. Cf. Varr. L. L. 5, 24: Udor si, quamvis deorsum in terra, unde sumi pote, puteus; nisi potius quod Aeolis dicebant ut πύταμον sic πύτειν a πῆτι; Isid. Etym. 13, 21, 5: Puteus est locus defossus ex quo hauritur aqua, a potatione dictus.

PUTICULOS. Hinc Gloss. AA (= Abol.) Puticuli: quo cadavera proiciunt. Cf. Varr. L. L. 5, 25: Extra oppida a puteis puticuli quod ibi in puteis obruebantur homines, nisi potius — ut Aelius scribit — puticulae quod putescabant ibi cadavera proiecta; qui locus publicus ultra Esquilias. || extra po<rta>m Esquilinam> docti. Aeliu<s Stilo quod cum in eum locum patres> fam. docti.

PUTUM. Hincine Gloss. Philox. PU 98 Putatum: κεκλαδευμένον? Cf. supra, s. v. Imputatum (96, 18 nondum purgatum; putum est enim purum, unde putare vites dicimus, hoc est detrahare quae impedimento sunt ad fructum). Ex Gell. 7, 5 hausit Non. 27, 27. Cf. Varr. L. L. 6, 63: Disputatio et computatio e propositione putandi, quod valet purum facere; ideo antiqui purum putum appellarunt; ideo putator quod arbores puras facit; ideo ratio putari dicitur in qua summa fit pura; sic is sermo in quo pure disponuntur verba, ne sit confusus atque ut diluceat dicitur disputare. || Sic supple si libet: <'Puto' enim dicimus cum falsa amovimus> quo certior sc<ientia in animo fiat. Aurum quoque> etc..

putatum dici solet, id est expurgatum, et ratio putata, id est pura facta.

<Putitium Plautus in Bacchi> dibus rettulit in <stultum hominem, cum ait> (123): <is stul> tior es [t] barbaro p<utitio>.. (8 litt.).. <Putiti cum> ab Hercule ritum <sacrificandi acceperunt, eum> millibus aeris gra<vis quinquaginta edouisse dicuntur> servos publicos populi Romani; <quo facto Putiti intra diem> XXX, cum eius famil<iae XII fuissent, omnes interierunt>.

(Paul.) Putitium Plautus dixit pro stulto.

Pubes adulescens q<ui iam generare potest vo> catur, cui contrarium <est in>pubes. Quin etiam pubes plurium numerus eiusdem aetatis> dici solet.

(Paul.) Pubes adulescens, quin etiam et plurium numerus eiusdem aetatis.

<Puteolos dictos putant ab aquae c>aldae pu<tore; quidam a multitudine puteorum ea>rundem <aquarum gratia fac-

torum ita nominatos>. Ver<rius>.. (26 litt.).. cum autem.. (32 litt.).. lis vio.. (33 litt.).. illus **

(Paul.) Puteolos dictos putant ab aquae calidae putore; quidam a multitudine puteorum earundem aquarum gratia factorum.

<Pugnus a punc>tione, <id est percussu. Inde Bellerophontis fertu>r alatum <equum Pegasus appellatum esse, qui ung>ulam su<per locum posuit unde Hippocrene> editur. Sed **.

(Paul.) Pugnus a pu<nc>tione, id est percussu, dicitur.

<Proserpina (?)>.. (17 litt.).. versus alia.. (27 litt.).. <Lu>cina Iuno.. (30 litt.).. it formon<e>.. (29 litt.)..

Prospera.. (30 litt.).. ne declina.. (5 litt.)..

<Porca praecidaneae prod>ucta syllaba <secunda, non brevi pronuntianda est>, ut ait L. Cin<cus> (28), quia immolari Cereri sole>t familiae pur<gandae> causa, et a praecidendo> praecidaneae dicitur. <Id Aelius et aliud ali>quod

POTITIUM. Cf. infra, s. v. Potitium et Pinarium (270,5 Hercules.. genus sacrifici edocuit.. Appius Claudius censor quinquaginta millia aeris gravis is dedit ut servos publicos edocerent ritum sacrificandi; quo facto Potiti, cum essent ex familia numero duodecim, omnes interierunt intra diem XXX).

PUBES. Cf. infra, s. v. (296, 18 est qui puer iam generare potest); s. v. Pube Praesenti (300, 13); s. v. Pueri Impuberes (272, 32).

PUTEOLUS. Cf. Varr. L. L. 5, 25: A puteis oppidum ut Puteoli, quod incircum eum locum aquae frigidae et caldae multae; nisi a putore potius, quod putidus odoribus saepe ex sulphure et alumine.

PUGNUS. Pegasus] Hinc, ni fallor, Gloss. Abol. PE 8 Pegasus: equus Bellerophontis dictus est. Cf. supra, s. v. Hippius (90, 11 id est equester, Neptunus dictus est vel quod Pegasus ex eo et Pegaside natus sit); s. v. Pegasides (235,8).

PROSERPINA (?). Cf. supra, s. v. Hecate (89,2 Diana eadem putabatur et Luna et Proserpina).

PROSPERA. Haec supplent docti: Pr.<nomina observabantur in scribenda legio>ne, declina<ta a faustis rebus>.

PRaecIDANEAE. Cf. Verg. Geo. 1, 345; Cato R. R. 134 et 141. Cf. infra, s. v. (250, 11 agna vocabatur quae ante alias caedebatur, item porca quae Cereri mactabatur ab eo qui mortuo iusta non fecisset, id est glebam non obiecisset; quia mos erat eis id facere priusquam novas fruges gustarent). Cf. Gell. 4, 6, 5—10: Succidaneae hostiae dicuntur AE littera per morem compositi vocabuli in I litteram transmutata quasi 'succaedaneae'... littera I scilicet tractim pronuntiata; audio enim quosdam eam litteram in hac voce barbare corripere; eadem autem ratione verbi praecidaneae quoque hostiae dicuntur quae ante

genus hostiae quod <ante novam frugem caeditur 'prae>cidarium' appellabat.. (16 litt.).. <purifi>catur ex tribus pu <rae aquae sparsionibus fac> tis cum tribus liba<tionibus de lacte melle vino>.

(Paul.) Praeacidaneam porcam dicebant quam immolare erant soliti antequam novam frugem praeciderent.

<Poriciam> iaciam maxime.. (15 litt.)..

<Plautus in P>seudolo (266) :

atque in <manibus exta teneam, ut porici>a<m> interea loci.

.. (19 litt.).. <a>risque quod consecran<dum>.. (22 litt.).. tra it consumi..

(25 litt.).. t, ut Verrius eo<dem libro de Significatu Verbo>rum, sint dicta libe..

(19 litt.).. t arbitratur ob eam cau<sam>..

(17 litt.).. culo, quia profana ea quoque, id est deo dic<a>ta, consume (-mi ?) est necesse. Cuius opinionem neque in hoc neque in aliis compluribus refutare minime necesse est, cum propositum habeam ex tanto librorum eius numero intermortua iam et sepulta verba atque ipso saepe confitente nullius usus aut auctoritatis praeterire, et reliqua quam

brevissime redigere in libros admodum paucos. Ea autem de quibus dissentio et aperte et breviter, ut sciero, scripta in [h]is libris meis inveniuntur <qui> inscribuntur 'Priscorum Verborum cum Exemplis'.

(Paul.) Poriciam porro iaciam.

Porigam dixisse antiqui videntur pro porrigam propter morem non geminandarum litterarum, ducto verbo a porro regam. Aut, si id frivolum videtur, cum aperte ἐκ τοῦ ὀρέγειν tractum sit. Sed antiqui etiam *porgam* dixerunt pro porrigam.

Porcae appellantur rari sulci qui ducuntur aquae derivandae gratia, dicti quod *porcent*, id est prohibent, aquam frumentis nocere. Nam crebriores sulci *limi* vocantur.

(Paul.) *Porcae* in agris sunt dictae quod porcant, id est prohibeant, aquam frumentis nocere. Nam crebriores sulci limi solent vocari.

Postliminium receptum Gallus Aelius in libro primo Significationum quae ad Ius Pertinent (1) ait esse eum qui liber, ex qua civitate in aliam civitatem abierat,

sacrificia sollemnia pridie caeduntur ; porca enim praecidanea appellata quam piaculi gratia ante fruges novas captas immolare Cereri mos fuit siqui familiam funestam aut non purgaverant aut aliter rem quam oportuerat procuraverant.

PORICIAM. Cf. infra, s. v. Profanum (256,4). Cf. Varr. L. L. 6, 54 : Profanum quod est ante fanum coniunctum fano ; hinc profanatum quid in sacrificio ad quae (atque ?) Herculi decuma appellata ab eo est quod sacrificio quodam <pro>fanatur, id est ut fani lege sit ; id dicitur polluctum, quod a porriciendo est fictum ; cum enim ex mercibus libamenta porrecta sunt Herculi in aram, tum polluctum est, ut cum profanatum dicitur, id est proinde ut sit fani factum, etc. || max. <de extis dicebant> docti. <Poricitur autem in mensis ar>isque qu. consecran<dum est deo ; quod profanatur> contra, id consumi<tur a vulgo profano> docti. An cau<sam profanari solet Her>culi ?

PORIGAM. non gem. litt.] Cf. supra, s. v. Anus (5, 26).

PORGAM. Cf. supra, s. v. Exporgere (70, 16 porro agere, exporrigere).

PORCAE. Cf. supra, s. v. Inporcitor (96, 3 qui porcas in agro facit arando ; porca autem est inter duos sulcos terra eminens) ; infra, s. v. Porcas (274, 19 quae inter duos sulcos fiunt ait Varro dici quod porrigant frumentum).

PORCENT. -cant cod. Cf. supra, s. v. Arcere, (14, 24 prohibere.. porcet quoque dictum ab antiquis quasi porro areet).

POSTLIMINIUM. Hinc nimirum Gloss. Abol. PO 26 Postliminio : restitutio in civitatem ad limen domus eius qui captivus est. Hincine etiam Gloss. Philox. 106 Postlimen : ἐπ' ἀνοδος ? Si hinc, forma 'postlimini', non, postliminii, etiam Philoxeno in codice Festi se obtulit.

in eandem civitatem redit eo iure quod constitutum est de postliminis ; item qui servos a nobis in hostium potestatem pervenit, postea ad nos redit in eius potestatem cuius antea fuit iure postlimini; equi et muli et navis eadem ratio est postliminium receptum is (receptus) quae servi ; quae genera rerum ab hostibus ad nos postliminium redeunt, eadem genera rerum <a> nobis ad hostis redire possunt ; cum populis liberis et confederatis et cum regibus postliminium nobis est ita uti cum hostibus ; quae nationes in opinione (?) nostra sunt, cum [h]is <postliminium non est>.

(Paul.) Postliminium receptus dicitur is qui extra limina, hoc est terminos, provinciae captus fuerat, rursus ad propria revertitur.

(Paul.) *Posticum* ostium dicitur in posteriore parte aedium. Ceterum antiqui etiam vicinum habitantem ad posteriorem partem aedium sic appellaverunt. Denique et quae ante nos sunt *antica* et quae post nos sunt *postica* dicuntur; et dexteram anticam, sinistram posticam dicimus. Sic

etiam ea caeli pars quae sole inlustratur ad meridiem *antica* nominatur, quae ad septentrionem *postica*; rursumque dividuntur in duas partes, orientem atque occidentem.

(Paul.) *Palatium*, id est mons Romae, appellatus est quod ibi pecus pascens balare consueverit, vel quod *palare*, id est errare, ibi pecudes solerent ; alii quod ibi Hyperborei filia Palanto habitaverit, quae ex Hercule Latinum peperit ; alii eundem quod Pallas ibi sepultus sit aestimant appellari.

(Paul.) *Palmites* vitium sarmenta appellantur quod in modum palmarum humanarum virgulas quasi digitos edunt.

(Paul.) *Palmae* appellantur remi a similitudine manus humanae.

(Paul.) *Pallas* Minerva dicta est quod Pallantem Gigantem interfecerit vel [sicut putabant] quod in Pallante palude nata est.

(Paul.) *Pappi* carduorum flores. Lucretius (3, 386):

POSTICUM. Hincine Gloss. Philox. PO 115 (cf. 127) *Postica* : παρθύρα κάτωπι τοῦ οἴκου, AN 12 *Antica* : μεσημβρία ? Cf. Varr. L. L. 7, 7 : Eius templi partes quattuor dicuntur, sinistra ab oriente, dextra ab occasu, antica ad meridiem, postica ad septentrionem. Si ex Festo hausit Isidorus, male hausit (Etym. 15, 4, 7) : Templi partes quattuor erant, antica ad ortum, postica ad occasum, sinistra ad septentrionem, dextra ad meridiem spectans. Sed potest ex schol. Aen. 2, 453 hausisse. Et indidem potest provenire Gloss. Ansil PO 523.

PALATIUM. Cf. Varr. L. L. 5, 53 : Quartae regionis Palatium quod Pallantes cum Euanthro venerunt, qui <n> et Palatini aborigines ex agro Reatino qui appellatur Palatium ibi condeserunt ; sed hoc alii a Palanto uxore Latini putantur ; eundem hunc locum a pecore dictum putant quidam, itaque Naevius Balatium appellat. Hausitne ex Festo Isidorus (Etym. 15, 3, 5 Palatium a Pallante principe Arcadem dictum, in cuius honore Arcades Pallanteum oppidum construxerunt et regiam in ipsius nomine conditam Palatium vocaverunt) ? Palanto] -ntio cod. Varronis L. L. : -ntia Varr. ap. Serv. Aen. 8, 51 : -ntho vel -ntho codd. Solini 1, 15 (aut, ut Silenus probat, a Palantho Hyperborei filia, quam Hercules ibi compressisse visus est). Addiditne Festus quod addit Solinus (l. c.) : vel a Pale pastorali dea ?

PALMITES. Hincine Gloss. Philox. PA 65 *Palmes* : κλήμα τὸ τοῦ βότρυος ἔχον συνεκκοπέντας ; Gloss. Ansil. (= Abol.) PA 202 *Palmes* pars vitis est ubi uva nascitur, quasi palma ?

PALLAS. Aliter Isidorus (ex Festo ?) Etym. 8, 11, 75 : Pallas dicta vel ab insula Pallene in Thracia in qua nutrita est. (Cetera Isidori hausta sunt ex Serv. Aen. 1, 39).

vestem nec plumas avium papposque volantes.

(Paul.) *Papillae* capitula mammarum dictae quod papularum sint similes.

(Gloss. Fest.) *Papilla* caput est mammae de qua exit lac. Unde factum est ut dicamus infantibus 'papa' id est manduca. Papare enim dicimus, non pappare; nam et ipso motu labiorum id ostendimus.

(Paul.) *Pauperies* damnum dicitur quod quadrupes facit.

(Paul.) *Palpari* blandiri

(Paul.) *Pauciens* dicebant pro raro. Titin-
[n]ius (40) « uxorem pauciens vide[b]o ».

(Paul.) *Panus* facit diminutivum panucula.

(Paul.) *Pandana porta* dicta est Romae quod semper pateret.

(Paul.) *Pandiculari* dicuntur qui toto corpore oscitantes extenduntur eo quod pandi fiunt.

(Paul.) *Pandicularis dies* dicebatur idem et

communicarius, in quo omnibus dis communiter sacrificabatur.

(Paul.) *Pancarpae coronae* dicuntur ex vario genere florum factae.

(Paul.) *Panibus redimibant caput equi immolati* Idibus Octobribus in campo Martio quia id sacrificium fiebat ob frugum eventum. Et equus potius quam bos immolabatur quod hic bello, bos frugibus pariendis est aptus,

(Paul.) *Patulum* (-am) bovem Plautus appellat cuius cornua diversa sunt ac late pateant (Truc. 277) :

<ut ego me ruri amplexari mavellim patulam bovem>.

(Paul.) *Patagium* est quod ad summam tunicam adseui solet; quae et *patagiata* dicitur et *patagiarii* qui eiusmodi faciunt. <Plaut. (Epid. 231) « indusiatam, patagiata »; (Aul. 509) « patagiarii, indusiarii »>.

(Paul.) *Patagus* <et patago> morbi genus, <ut Plautus> (fr. 173) :

PAPILLAE. Hanc gl. (ex Vat. lat. 1469) Festinam esse (et in infantium sermone multus est Festus) indicat Isidorus, qui ex eodem fonte haurit (Etym. 11, 1, 75) : *Papillae* capita mammarum sunt quas sugentes comprehendunt; et dictae papillae quod eas infantes quasi pappant dum lac sugunt. Utrum ex Vergilio an ex Festo hauserit Gloss. Abol. PA 14 (*Papillae*; mamillarum capita) non liquet (cf. Gloss. Ansil. PA 336).

PAUPERIES. Cf. Ulpian. ap. Dig. 9, 1, 1-2 Si quadrupes pauperiem fecisse dicitur, actio ex lege XII Tab. descendit, etc.»

PALPARI. Hinc Gloss. Abol. PA 7 Palpare : blandire.

PANUS. panucula Non. 149, 16 : Panus tramae involucrium, quam diminutive panuculam vocamus, Lucilius lib. IX (28) « foris subteminus panus ».

PANDANA PORTA. Cf. Jordan (Topogr. I ii, p. 122).

PANDICULARI. Citavitne Festus Plaut. Men. 833 ?

ut pandiculans oscitatur ! quid nunc faciam, mi pater ?

PANDICULARIS. dio. dies Paul. Sed in Gloss. Philox. PR 187 *Prandicularius* : ἡ μετὰ νηστειᾶν ἡμέρα. Sunt qui huc referant gl. Ansil. (= Abol. ?) CO 572 (*Communicarium* : *partiarium*), quam sic emendant, Com. : *pandicularium*.

PANCARPIAE. dic. cor. Paul.

PANIBUS. Cf. supra, s. v. October Equus (190, 11 appellatur qui in campo Martio mense Octobri immolatur quotannis Marti, bigarum victricum dexterior, etc.).

PATULUM. Cf. infra, s. v. Propatulum (254, 4 late patens atque apertum; et patuli boves quorum cornua in diversum supra modum patent).

PATAGUS. Hinc, ni fallor, Gloss. Abba (= Abol.) Patago : genus morbi. Cf. ps.-Plac. Pataginem : cum propter pituitam non facile labra movent.

<medicum habet patagus morbus aes.>

(Paul.) *Patricius vicus* Romae dictus eo quod ibi patricii habitaverunt iubente Servio Tullio, ut, siquid molirentur adversus ipsum, ex locis superioribus obprimerentur.

(Paul.) *Pagani* a pagis dicti. *Pagi* dicti a fontibus quod eadem aqua uterentur; aquae enim lingua Dorica *παγαί* appellantur.

(Paul.) *Paginae* dictae quod in libris suam quaeque obtineant regionem ut pagi; vel a pangendo, quod in illis versus *panguntur*, id est figuntur.

(Paul.) *Parens* vulgo pater aut mater appellatur, sed iuris prudentes avos et proavos, avius et proaviae parentum nomine appellari dicunt.

(Paul.) *Parere* oboedire. *Parret* significat apparebit.

(Paul.) *Paribus equis*, id est duobus, Romani utebantur in proelio ut sudante

altero transirent in siccum. *Pararium aes* appellabatur id quod equitibus duplex pro binis equis dabatur.

(Paul.) *Parrici*<di> *quaestores* appellabantur qui solebant creari causa rerum capitalium quaerendarum. Nam *parricida* non utique is qui parentem occidisset dicebatur, sed qualemcumque hominem indemnatum. Ita fuisse indicat lex Nummae Pompili regis his composita verbis (12):

Si qui hominem liberum dolo sciens morti duit, paricidas esto.

(Paul.) *Parumper* significat paulisper quasi perparvum, hoc est valde parvum; refertur autem ad tempus.

(Paul.) *Parasangae* apud Persas viarum mensurae.

(Paul.) *Paenuria* est id quod paene minus sit quam necesse est.

(Paul.) *Paelices* nunc quidem appellantur alienis succumbentes, non solum feminae

PAGANI. Cf. Serv. Geo. 2, 381: Villas quae pagi ἀπὸ τῶν πηγῶν appellantur, id est a fontibus circa quos villae consueverant condi; unde et pagani dicti sunt quasi ex uno fonte potantes.

PANGUNTUR. Cf. supra, s. v. Pangere (234,7 figure).

PARENS. Hincine Gloss. Philox. PA 91 Parens: πατήρ, γονεὺς?

PARRET. Hincine Gloss. Philox. PA 102 Paret: πείθεται, πειθαρχεῖ, φαίνεται?

Cf. infra, s. v. (262,16 quod est in formulis <' si parret '> debuit et producta priore syllaba pronuntiari et non gemino R scribi ut fieret paret, quod est inveniatur ut comparet apparet).

PARIBUS EQUIS. Cf. Gran. Lioin. (p. 4 Berm., p. 2 Flem.).

PARRICIDI. Cf. infra, s. v. Quaestores (310, 25 dicebantur qui quaerent de rebus capitalibus; unde iidem etiam in XII quaestores parricidi appellantur).|| paricidas]. Cf. hosticapas (91, 15).

PARUMPER. Hincine Gloss. Abav. (= Abol.) PA 63 Parumper: satis modice vel valde parum? Cf. Serv. Aen. 6, 382: Alii parumper valde parum volunt (unde Gloss. Abstr. PA 40).

PAELICES tanget] tangit Gell. 4, 3, 3: tagit Ernout (Text. lat. arch. n° 148). Hucine revocand. gl. Ansil. (= Abol.) PE 203-4 Pellex: adulterum significat, Pellex: adultera uxori legitimae in consortium superducta? Ad scholium (vel scholia) Vergilianum revoca gl. Abstr. PE 19 Pelex: sollicitatrix animi maritalium; a pelicando dicta; PE 20-4; 104 Persuastri<ces: a> persuasione (unde patet, si recte gl. restituta est, Plaut. Bacch. 1167 a scholiasta esse citatum). Cf. supra, s. v. Pellicator (225,9 qui pellicit ad fraudem): s. v. Pellexit (225, 12 in fraudem induxit).

- sed etiam mares. Antiqui proprie eam paelicem nominabant quae uxorem habenti nubebat. Cui generi mulierum etiam poena constituta est a Numa Pompilio hac lege (2) : Pelex aram Iunonis ne tangito ; si tanget, Iunoni crinibus demissis agnum feminam caedito.
- (Paul.) *Paedidos* sordidos significat atque obsoletos. Tractum vocabulum a Graeco quia *παῖδες* [id est pueri] talis sint aetatis ut a sordibus nesciant abstinere.
- (Paul.) *Paeon* <a> Apollinem vocaverunt quod sagittarum ictu eum nocere putabant (?) ; est enim *παῖς* ferire ; alii quod remediatis morbis finem faceret talis gravitatis.
- (Paul.) *Paeligni* ex Illyrico orti. Inde enim profecti ductu Volsimi regis, cui cognomen fuit Lucul<l>o, partem Italiae occuparunt. Huius fuerunt nepotes Pacinus, a quo Pacinates, et Pelicus (Pae- ?), a quo Paeligni.
- (Paul.) *Pales* dicebatur dea pastorum. Cuius festa *Palilia* dicebantur ; vel, ut alii volunt, dicta *Parilia*, quod pro partu pecoris eidem sacra fiebant.
- (Paul.) *Partus* et pro nascendo ponitur et pro parato. Naevius (trag. 54) : male parta male dilabuntur.
- (Paul.) *Parones* navium genus ad cuius similitudinem *myoparo* vocatur.
- (Paul.) *Passer marinus* quem vocat vulgus struthocamelum.
- (Paul.) « *Parcito linguam* » in sacrificiis dicebatur, id est coeroeto contineto taceto.
- (Paul.) *Pastillus* (-um ?) forma parvi panis ; utique deminutivum est a pane.
- (Paul.) *Passales* (pasta- ? pasca- ?) et oves et gallinae appellantur quod passim pascentur.
- (Paul.) *Phascolia* (*φασκόλια*) appellant Graeci quas vulgus per[n]as vocat.
- (Paul.) *Praetoria cohors* est dicta quod a praetore non discedebat. Scipio enim Africanus primus fortissimum quemque delegit qui ab eo in bello non discederent et cetero munere militiae vacarent et sesquiplez stipendium acciperent.
- (Paul.) *Prorsum* ponebant pro recto (-ta ?).
- (Paul.) *Prandium* ex Graeco *π<ρ>όνειον* est dictum, nam meridianum cibum *cenam* vocabant.
- (Paul.) *Praetextae* appellantur quae res gestas

PAEANA. tal. gr.] i. e. sagittarum instar ferire] Cf. Macrob. 1, 17, 17 : *Παιάν, ἀπὸ τοῦ παῖς*, a feriendo.

PARILIA. Cf. infra, s. v. (286, 26) ; s. v. Parilibus (272, 3 Urbem condidit Romulus ; quem diem festum praecipue habebant iuniores).

MYOPARO. Cf. supra, s. v. (131, 21 genus navigii ex duobus dissimilibus formatum ; nam et mydion et paro[n] per se sunt). Quae igitur hic Verrius scripserat, ea pro parte plenioris doctrinae quam s. v. Myoparo exposuerat habet. Solebat enim eandem doctrinam alphabetice disicere et disponere.

PASSER MARINUS. Citavitne Festus Plaut. Pers. 199 ?

vola curriculo. Istuc marinus passer per Circum solet.

PASTILLUS. Cf. infra, s. v. Pastillum (298, 5 est in sacris libi genus rutundi).

PASSALES. Cf. infra, s. v. Pastales (270, 13).

PHASCOLIA. Hinc ridicule Gloss. Osbern. (unde Gloss. Scalig.) Phaculla : perna.

PRAETORIA COHORS. Cf. Mommsen (Herm. 14, 26).

PRORSUM. Cf. infra, s. v. Prorsus (268, 7 porro versus, nisi forte ex Graeco *πρό*).

PRANDIUM. Vide infra ad Scensas (456, 12 quae autem nunc prandia cenas habebant pro cenis vespernas dicebant).

PRAETEXTA. Cf. infra, s. v. Togatarum (480, 12).

Romanorum continent scriptae (-as ?).

(Paul.) *Praetoria porta* in castris appellatur qua exereitus in proelium educitur quia initio *praetores* erant qui nunc consules, et hi bella administrabant. Quorum tabernaculum quoque dicebatur *praetorium*.

(Paul.) *Praes* est is qui populo se obligat interrogaturque a magistratu ' si praes sit '. Ille respondet ' praes '.

(Paul.) *Praesiderare* dicitur cum maturius hiberna tempestas movetur, quasi ante sideris tempus.

(Paul.) *Praesidium* est quod pro utilitate ac salute alicuius auxilii gratia praepositur ; *subsidium* quod postpositum est ad subveniendum laborantibus. <..ob-
sidium ?>

(Paul.) *Praestinare* apud Plautum praemere est, id est emendo tenere.

(Paul.) *Praestitem* in eadem significatione dicebant antiqui qua nunc dicimus antistitem.

(Paul.) (*Praestolari* is dicitur qui ante stando ibi quo venturum excoipere vult moratur.

(Paul.) *Praeficae* dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductae quae dant ceteris modum plangendi, quasi in hoc ipsum praefectae. Naevius (com. 129) « haec quidem [me]hercle opinor praefica est, [quae] sic mortuum collaudat ».

(Paul.) *Praesagire* est praedivinare praesistere. *Sagax* enim est acutus et sollers.

PRAETORIA. Cf. infra, s. v. Principalis (251, 4 castrorum porta nominatur quod in eo loco, etc.).

PRAES. Cf. supra, s. v. Manceps (187, 14). int.] interrogatusque *docti*. Cf. Varr. L. L. 6, 74 ; Praes qui a magistratu interrogatus in publicum ut praestet (praes stet ?) ; a quo et cum respondet dicit ' praes '.

PRAESIDERARE. Graece προχειμάζειν. Pertinetne ad id quod supra est, s. v. Desiderare et Considerare (66, 7 a sideribus dici certum est) ? Cf. Thurneysen (Arch. lat. Lex. 14, 183).

PRAESIDIUM. Cf. supra, s. v. Obsidium (210, 5 tanquam praesidium, subsidium recte dicitur). Cf. Varr. L. L. 5, 89-90 : Pilani triarii quoque dicti quod in acie tertio ordine extremi subsidio deponerantur, quod i subsidebant ab eo subsidium dictum, a quo Plautus « agite nunc subsidite omnes, quasi solent triarii »... praesidium dictum qui extra castra praesidebant in loco aliquo, quo tutior regio esset ; obsidium dictum ab obsidendo, quo minus hostis egredi posset.

PRAESTINARE. Plauto ' praestinaturus ' vix audeo attribuire et huc revocare Gloss. Abol. PRAE 31 Praestinaturus : praemercaturus.

PRAEFICAE. Hinc Gloss. Philox. PR 78 Praefica : ἡ πρὸ τῆς κλίνης ἐν τῇ ἐκφορᾷ κοπτομένη, θρηνῶδὸς ἐπ' ἐκφορᾷ (unde Gloss. Amplon. II Profica : mulier lamentatrix ante feretrum), male intellecto Festo, nisi quidem Festus aliam interpretationem addiderat ' quasi prae feretro faciens lamentationem '. Cf. Varr. L. L. 7, 70 : In Truculento (495) « sine virtute argutum civem mihi habeam pro praefica » ; praefica dicta, ut Aurelius scribit, mulier ab luco (?) quae conduceretur quae ante domum mortui laudis eius caneret ; hoc factitatum Aristoteles scribit in libro qui inscribitur Νόμιμα Βαρβαρικά, quibus testimonium est quod tritum est Naevii « haec quidem hercle opinor praefica est, nam mortuum collaudat » ; Claudius scribit « quae praeficeretur ancillis quemadmodum lamentarentur praefica est dicta » ; utrumque ostendit a praefectione praeficam dictam.

PRAESAGIRE. Cf. infra, s. v. Praesagitio (302, 10 dicta est quod praesagire est acute sentire ; unde et sagae anus dictae quae multa sciunt, et sagaces canes qui ferarum cubilia praesentiunt).

(Paul.) *Praecidaneae* agna vocabatur quae ante alias caedebatur. Item porca quae Cereri mactabatur ab eo qui mortuo iusta non fecisset, id est glebam non obieciisset; quia mos erat eis id facere priusquam novas fruges gustarent.

(Paul.) *Praecia* (praeclamitatores?) dicebant qui a flaminibus praemittebantur ut denuntiarent opificibus manus abstinerent ab opere ne, si vidisset sacerdos facientem opus, sacra polluerentur.

(Paul.) *Praevurationes* facere dicuntur hi qui ante alios conceptis verbis iurant; post quos in eadem verba iurantes tantummodo dicunt: Idem in me.

(Paul.) [*Promurus* nepotis uxor].

(Paul.) *Praeneste* dicta est quia is locus quo condita est montibus praestet.

(Paul.) *Promissum* (-us) capillum (-us) dicitur longum (-us); item barba promissa velut porro missa.

(Paul.) *Promiscam* dicebant pro promiscue.

(Paul.) *Promonstra* prodigia.

(Paul.) *Primordia* principia.

(Paul.) *Promulgari* leges dicuntur cum primum in vulgus eduntur, quasi provulgari.

(Paul.) *Promulco* agi dicitur navis cum scapha <e> ducitur fune.

(Paul.) *Principalis porta* castrorum nominatur quod in eo loco est in quo principes ordines tendunt.

(Paul.) *Praenominibus feminas esse appellatas* testimonio sunt Caecilia et Taracia

PRAECIDANEA. Cf. supra, s. v. *Praecidaneae Porca* (243, 15 quam immolare erant soliti antequam novam frugem praeciderent). gleb.] of. Varro L. L. 5, 23: Quod terra sit humus, idem is humatus mortuus qui terra obrutus; ab eo qui Romanus combustus est, si in sepulchro eius abiecta gleba non est.. familia funesta manet; Vit Pop. Rom. III (ap. Non. 163, 17).

PRAECIA. Cf. infra. s. v. *Praeclamitatores* (292, 3 dicuntur qui flaminibus Diali Quirinali Martiali antecedentes exclamant feriis publicis ut homines abstineant se opere, quia his opus facientem videre religiosum est). Ibi non praeciam., sed praeciam. et in cod. Festi et in codd. Pauli apparet, hic in codd. Pauli praecia (trisyll.). Paulusne hic male diviserat 'praecia mitatores'? Festusne et hic et ibi litteram L male legerat? Res obscura. Unum hoc moneo id quod est praeco non 'prae-voco' sed prae-dico olim fuisse (Livius 41 Quinque questiones prae<di>co in medium vocat; Plaut. Bacch. 815 ut praeco praedicat; Stich. 194-195 ut faciam praeconis compendium Itaque auctionem praedioem ipse ut venditem).

PRONURUS. Cf. infra, s. v. *Progenerum* (256, 2).

PRAENESTE. Cf. Serv. auct. Aen. 7, 682 (altum Praeneste): Cato dicit «quia is locus montibus praestet Praeneste oppido nomen dedit».

PROMISSUM. Cf. infra, s. v. *Pro* (256, 18 alias pro in, promittere barbam et capillum).

PROMONSTRA. Cf. supra, s. v. *Monstrum* (122, 7).

PRIMORDIA. Cf. supra, s. v. *Ordiri* (200, 4).

PROMULCO. Quasi pars altera glossae est 346, 16 <Remulco dicitur cum scaphae remis navis magn>a tra<hitur>. Et alterius verbi mentionem hic etiam fuisse colligo ex confusa gl. Vat. 1468 *Promulcus*: scapha quae navem maiorem remigio ducit. Dubito igitur utrum huc an illuc revocanda sit gl. Abba (= Abol.) *Remulcant* cum scapha navem ducunt.

PRINCIPALIS. cas. por. Paul. Cf. supra, s. v. *Praetoria Porta* (249, 16 in castris appellatur qua etc.).

PRAENOMINIBUS. Cf. supra, s. v. *Gaia Caecilia* (85, 3 appellata est ut Romam venit quae antea Tanaquil.. ut id nomen ominis boni causa frequentent nubentes). Cf. Lib. de

quae ambae Gaiiae solitae sint appellari, pari modo Luicia et Titia.

(Paul.) *Prym*<n>*esius* (-um ?) palus ad quem (quod ?) funis nauticus religatur, quem (quod ?) alii *tosillam* dicunt.

(Paul.) *Procare* poscere ; unde *procaces* meretrices ab assidue poscendo et *proci* uxorem poscentes in matrimonium.

(Paul.) *Procellunt*<se> *procumbunt*. <Plautus (Mil. 762) :

sed *procellunt* sese in mensam dimidiati dum appetunt>.

(Paul.) *Proculum* inter cognomina eum dicunt qui natus est patre peregrinante

a patria procul. *Proculos* sunt qui credant ideo dictos quia patribus senibus quasi procul progressis aetate nati sunt.

(Paul.) *Procapis* progenies quae ab uno capite procedit. <.. « *procapibus* »>.

(Paul.) *Procincta classis* dicebatur cum exercitus cinctus erat Gabino cinctu confestim pugnaturus. Vetustius enim fuit multitudinem hominum quam navium *classem* appellari.

(Paul.) *Procitant* provocitant. *Citare* enim vocitare est ; unde *proci* (-it ?) et *proci*et. *Procat* dicebant pro poscit.

Praen. 7 : Antiquarum mulierum frequenti in usu praenomina fuerunt Rutila, Caesellia, Rodacilla, Murrula, Burra a colore ducta, etc.

PRYMNESIUM. Plerumque pluraliter Graece, scil. *πρυμνήσια*. Si tamen adiectivi partes agit, lege cum Paulo ' -ius palus. '.

TO<N>SILLAM. Cf. infra, s. v. (488, 26 patum..configi in litore navis religandae causa. Pacuvius.. « *tosillam* pegi », etc.)

PROCARE. Cf. infra, s. v. *Procat* (251, 24 dicebant pro poscit) ; s. v. *Proci* Patricium (290, 23.. nam *proci* dicuntur qui poscunt aliquam in matrimonium, Graece *μνηστῆρες* ; est enim *procare* poscere, ut cum dicitur in iudice conlocando « si alium *procas* nive eum *procas* », hoc est *poscis* ; unde etiam meretrices *procaces*) ; s. v. *Reciprocare* (342, 13 pro ultro citroque poscere usi sunt antiqui, quia *procare* est poscere).

PROCACES. Hinc Gloss. Ansil. (= Abol.) PR 1630 *Procax* : inverecunde poscens ?

PROCI. Hinc Gloss. Abol. PR 47 *Proci* : petitores uxorum ?

PROCELLUNT. Glossam ' *proci*umbunt ' in archetypo codd. Plauti minusculis scriptorum adnotatam esse illud declarat quod versum bis exhibent et his formis : (i) Sed *procellunt* se et *procumbunt* dim., etc., (ii) Sed *procumbunt* in mensam dim., etc. Cf. infra, s. v. *Recellere* (342, 19 *reclinare* ; et *Excellere* in altum extollere).

PROCULUM. Hinc Gloss. Abba (= Abol.) *Proculus* : qui patre longius peregrinante nascitur ; Gloss. Abol. PR 50.

PROCAPIS. Addidi ex Gloss. Aff. (= Abol.) *Procapibus* : proximis, *Procapis* : proximus. Noli huc revocare gl. corrupt. Philox. CA 118 *Captam* (avitam) : *τὴν ἀπὸ προγόνων οὐκίαν*.

PROCINCTA CLASSIS. Cf. infra, s. v. (294, 3 dicebatur exercitus ad proelium instructus et paratus, quem *Diali* flumini videre non licet ; antiqui enim hominum *classem* dixerunt, ut nunc quoque *classis* navium coetus est, etc.) ; supra, s. v. *Classis* *Procincta* (49, 10 exercitus instructus) ; s. v. *Endo Procinctu* (67, 15).

CLASSEM. Cf. supra, s. v. *Classes Clipeatas* (48, 22 antiqui dixerunt quos nunc exercitus vocamus).

PROCITANT. Hinc Gloss. Philox. PR 257 *Proci*at : *προεγκαλείται* ; Gloss. Abol. PR 97 *Proci*et : *provocat*. Cf. infra, s. v. *Proci*tum Testamentum (252, 1 dicebatur velut *proci*atum *provocatum*) ; s. v. *Proci*tare (253, 8 saepe *prolicere*).

PROCAT. Cf. supra, s. v. *Procare* (251, 11 poscere).

(Paul.) *Procalare* provocare ex Graeco καλεῖν, id est vocare : unde *kalendae*, *calumnia*, *calones* et *caculae* et *calatores*.

(Paul.) *Procera* proluxa et in longum producta, quasi ex cera ob eius facilitatem.

(Paul.) *Procitum* testamentum dicebatur velut procatum 'provocatum, id est irritum ac ruptum. *Procitum*, cum prima syllaba corripitur, significat petitum. Livius (Odyss. 7) « matrem procitum plurimi venerunt ».

(Paul.) *Procestria* dicuntur quo proceditur in muro. Aelius procestria aedificia dixit esse extra portam. Artorius 'pro-castris', quae sunt ante castra ; etiam qui non habent castra propugnacula, quibus pro castris utuntur, aedificant.

(Paul.) *Prosapia* progenies, id est porro sparsis et quasi iactis liberis, quia *supare* <*rustico sermone*> significat iacere et disicere.

(Paul.) *Prosicium* (-ciae ?) quod praeseccatum proicitur.

(Paul.) *Prosequium* a prosequendo, obsequium ab obsequendo dicuntur.

(Paul.) *Prosedas* meretrices Plautus appellat quae ante stabula sedeant (Poen. 266) : < *prosedas* pistorum amicas, *reginas* alicarias >.

Eaedem et *prosthula*.

(Paul.) *Pro sententia* ac si dicatur in sententia, ut *pro rostris*, id est in rostris.

(Paul.) *Prosumma* genus navigii speculatorium parvum.

(Paul.) *Prosuta* proposita.

(Paul.) *Privos* privasque antiqui dicebant pro singulis. Ob quam causam et priva[ta] dicuntur quae uniuscuiusque sint ; hinc et *privilegium* et *privatus* ; dicimus tamen et privatum cui quid est ademptum.

(Paul.) *Privignus* dictus quod antequam mater secundo nuberet est progenitus. 'Pri' enim antiqui pro prae dixerunt.

(Paul.) *Praevaricatores* a praetergrediendo sunt vocati.

PROCALARE. Cf. Varr. L. L. 6, 27. Vide supra ad *Cacula* (39, 29). Cf. infra, s. v. *Procalato* (292, 30). *calones*] Aliter supra, s. v. (54, 19). *calatores*]. Cf. supra, s. v. (34, 14).

PROCITUM. Cf. supra, s. v. *Procitant* (251, 22). ma. <proci> *procitum docti*.

PROCESTRIA. Hinc Gloss. Philox. PR 305 ; 238 *Procestria* : προδοστια, *Procastria* : ολκῆματα πρὸ παρεμβολῆς ; Gloss. AA (= Abol.) *Procastria* : aedificia ante castra vel quae extra portas sunt.

PROSAPIA. Hinc Gloss. AA (= Abol.) *Prosapia* : progenies sive propago, ut *rustici* ? *supare*] Cf. supra, s. v. *Insipere* (93, 17... unde *dissipare*, *obsipare*, ut cum *rustici* dicunt 'obsipa pullis escam') ; infra, s. v. *Supa* (406, 22 iace).

PROSICIUM. Hinc nimirum Gloss. Abol. PRO 104 *Prosiciae* : exta prosecta ; Gloss. Philox. PR 417 *Prosiciae* : αἱ τῶν θυμάτων ἀπαρχαί. An *prosicem* ? Cf. Varr. Rer. Div. XI (ap. Non. 220, 24) : *Prosicem* extorum vel in mensam porricere.

PROSEDAS. Similia habes supra, s. v. *Alicariae* (7, 11... sicut hae quae ante stabula sedebant dicebantur *prosthula*), ubi manifeste desideratur *prosedarum* mentio. Duae igitur glossae sunt disiecta unius longioris membra.

PRO. Hinc Gloss. AA (= Abol.) *Pro rostris* : publice ? Cf. infra, s. v. (256, 1 significat in, ut *pro rostris* *pro aede* *pro tribunali*) ; s. v. *Pro Censu* (290, 18 accipi debet in censu, ut ait M. Varro in lib. VI *Rerum Humanarum*, sicuti *pro aede* *Castoris* *pro tribunali* *pro testimonio*).

PROSITA. Cf. infra, s. v. *Proposta* *Dolia* (300, 6).

PRIVOS. Cf. supra, s. v. *Privicoles* (224, 1 in carm. Sal. *privis*, id est singulis).

PRAEVARICATORES. Cf. Isid. Etym. 10, 28 : *Praevaricator* malae fidei advocatus et

(Paul.) *Prisci Latini* proprie appellati sunt i qui priusquam conderetur Roma fuerunt.

(Paul.) *Priscus Tarquinius* est dictus quia prius fuit quam Superbus Tarquinius.

(Paul.) *Pristinum* (-us ?) ab eo venit quod est prius ; pari modo et prior.

(Paul.) *Proletarium* capite census, dictum quod ex his civitas constet quasi proles (-lis ?) progenie ; idem et *proletaner*.

(Paul.) *Procitare* saepe prolicere (?), id est producere.

(Paul.) *Prologium* principium proloquium. Pacuvius (383) « quid est ? nam me examinasti prologio tuo ».

(Paul.) *Prolugere* dicuntur qui solito diutius lugent.

(Paul.) *Proeliares dies* appellabantur quibus fas est hostem bello lacerare. Erant enim quaedam feriae publicae quibus nefas fuit id facere.

(Paul.) *Provinciae* appellantur quod populus Romanus eas provicit, id est ante vicit.

(Paul.) *Protinam* protinus. Terentius (Phorm. 190) « protinam me coiciam in pedes ».

(Paul.) *Pruina* dicta quod fruges ac virgulta perurat.

(Paul.) *Prugnum* (?) pronum.

qui vel in accusando nocitura vel in defendendo profutura praetereat aut inutiliter dubieque ponat mercedis gratia <sci> licet corruptus ; Cicero « quid enim tam praeverarum ? », id est valde varum. Isidorum ex Festo hausisse indicat fortasse illud ' qui praetereat ' (cf. Paul. ' a praetergrediendo ') ; neque enim haec interpretatio in promptu est omnibus grammaticis. Ex Festone hausit Gloss. Philox PR 182 Praevaricatio: ἡ ἀπόστασις, παράβασις ? Cf. supra, s. v. Obvaricator (212, 6 dicebatur qui cuiquam occurrebat quo minus rectum iter conficeret).

PRISCI LATINI. Cf. Serv. auct. Aen. 5, 598 : Priscos Latinos] ita dicti sunt qui tenuerunt loca ubi Alba est condita.

PRISTINUM. Cf. infra, s. v. Pristina (302, 2 velut ' priustina '). pari mo.] i. e. eiusdem significationis, idem valens ? Cf. Serv. Aen. 6, 473 (coniux ubi pristinus) : Pristinus prior ; quod difficile invenitur, nam de hoc sermone quaerit et Probus et alii.

PROLETARIUM. Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) PR 2293. Proletarios : capite census qui nihil praeter prolem dare poterant ; 2295 Pr. : filios generantes ; fuerunt autem Romae et ad bella non procedebant, prolis gignendae causa, id est filiorum procreandorum causa ? Cf. Gell. 16.10.

PROCITARE. prol.] **vix** prociere. Cf. supra s. v. Procitant (251, 22 provocitant ; citare enim vocitare est, unde procit et prociet).

PROELIARES. Cf. supra, s. v. Iusti Dies (92, 10)

PROVINCIAE. Suspicio Festum addidisse aliam explicationem ' quasi porro-vinciae ' (cf. Isid. Etym. 14, 5, 19) et hac via in lemma Protinam transiisse. Cf. Donat. Phorm. 72 : Acquisitae bello longe ab Italia regiones provinciae dictae a porro et vincendo ; ad quas praetores quia cum officio mittebantur, officia quoque provinciae nominabantur.

PROTINAM. Vide ne Nonius (s. v. Protinus 375, 31) de Verrio hauserit. Cum enim Varro L. L. 7, 107 dicat breviter « Naeuius in Lampadione protinam, a protinus, continuitatem significans », fuisse disputat Nonius : Varro etiam de Lingua Latina lib. VII vel protinam vel protinus continuationem vel praeteritae vel futurae longitudinis dicit, etc. Audire ibi non Nonium disputantem sed grammaticum (Verrium puta) Nonio longe maiorem et Varrone non multo posteriorem videor.

PRUGNUM. Quid latet ? Scripseratne Festus : Pronum ex Graeco quod est πρόχυτο, quasi ' prognum ' ?

(Paul.) *Propages* progenies ; a *propagando*, ut faciunt rustioli cum vitem vetulam subprimunt ut ex una plures faciant.

(Paul.) *Propetrare* mandare quid perficiatur ; nam *impetrare* est exorare, et *perpetrare* perficere.

(Paul.) *Propudrum* dicebant cum maledicto nudare (notare ?) turpitudinem volebant, quasi porro pudendam. Quidam propudium putant dici a quo pudor et pudicitia procul sint.

(Gloss. Fest.) Propudia quasi porro pudenda vel a quibus pudor et pudicitia procul absint. « Propudiosae » meretrices.

Provorsum fulgur appellatur quod ignoratur noctu an interdiu sit factum. Itaque Iovi Fulguri et Summano fit, quod diurna Iovis, nocturna Summani fulgura habentur.

Propatulum late patens atque apertum, et *patuli boves* quorum cornua in diversum super modum patent.

(Paul.) Propatulum late patens atque apertum, et patuli boves quorum cornua in diversum patent.

Propriassit proprium fecerit.

Properus antiquos dixisse pro celer testi-

monio est qualitatis adverbium quod est propere.

(Paul.) Properus celer ; unde adverbium propere.

Prophetas in Adraсто Iulius nominat antistites fanorum oraculorumque interpretes (2) :

cum capita viridi lauro velare inperant prophetae, sancta [ita] caste qui purant(ou- ?) sacra.

(Paul.) Prophetas dicebant veteres antistites fanorum oraculorumque interpretes.

Propter viam fit sacrificium quod est proficiscendi gratia Herculi, aut *Sanco* qui scilicet idem est deus.

(Paul.) Profecturi viam Herculi aut Sanco sacrificabant.

Prodigia quod prodicunt futura ; permutatione *G litterae*, nam quae nunc C appellatur ab antiquis G vocabatur.

Produit porro dederit, ut est in lege censoria « porticum sartam tectamque habeto prodito » ; alias prodiderit.

Prodegeris consumpseris perdideris, ut Caecilium in Hymnide (74) :

prodigere est cum ni[hi]l habeas te inrid<er>ier ;

PERPETRARE. Cf. supra, s. v. Perpetrat (238, 23 peragit perficit) ; s. v. Inpetritum (96,5 inpetratum).

PROPUDIUM. Addidi ex gl. Festina in Vat. lat. 1469. Festum tamen in verba ' procul sint ' (non pr. absint) desisse demonstrat codex unicus noster qui in summo folio habet ' procul sint. Provorsum fulgur ' etc. Hinc Gloss. Abol. PR 100 Propudium : a quo longe pudor abest.

PROVORSUM. diurna] Cf. supra, s. v. Dium Fulgur (66, 15 appellatur diurnum, quod putabat Iovis, ut nocturnum Summani). Cf. supra ad Adtestata Fulgura (11, 10).

PATULI BOVES. Cf. supra, s. v. Patulum Bovem (246, 25 Plautus appellat cuius cornua diversa sunt ac late pateant).

PROPERUS. Cf. infra, s.v. Properam (300, 3 pro celeri ac strenua dixisse antiquos testimonio est Cato).

PROPTER VIAM. Cf. Macrob. 2, 2, 4 ; Plaut. Rud. 150. Vix cf. infra, s. v. Proptervia Auspicia (286, 4).

PRODUIT. Cf. supra, s. v. Adduis (25, 12 addideris). sart. tect.] Cf. infra, s. v. Sarte (428, 28).

PRODEGERIS. Hinc nimirum Gloss. Abol. PR 103 Prodegit : consumpsit ; unde prodig[i]um. Cf. infra, s. v. Prodiguae Hostiae (296, 12 quae consumuntur ; unde homines quoque luxuriosos prodigi).

et <prod^{us}agus, ut> Plautus in *Nervolaria* (97) :

producte prodig[i]um esse amatorem addeceat.

(Paul.) Prodigere est consumere ; unde et prodigus fit.

Prodinunt prodeunt, ut Ennius *Annali* lib. III (156) :

prodinunt famuli, tum candida lumina lucent.

(Paul.) Prodinunt prodeunt. Ennius : Prodinunt famuli, tum candida lumina lucent.

Probrum stuprum flagitium, ut Accius in *Hellenibus* (384) :

qui nisi probrum omnia alia indelicta aestimant ;

Caecilius in *Davo* (26) :

ea tum compressa parit huic puerum, sibi probrum.

(Paul.) Probrum stuprum flagitium.

Probi velut ' pro-hibi ', qui se delinquendo prohibent.

(Paul.) Probi velut ' pro-hibi ', qui se a delinquendo prohibent.

Prodigiatōres harispices prodigiorum interpretes.

(Paul.) Prodigiatōres prodigiorum interpretes.

Prodit memoriae porro dat ; et fallit ; item ex interiore loco procedit ; item perdit, ut Ennius lib. XVI (428) :

non in sperando cupide rem prodere summam.

(Paul.) Prodit memoriae porro dat ; et fallit ; item ex interiore loco procedit ; item perdit, ut Ennius : Non in sperando cupidi rem prodere summam.

Punicum quod appellatur genus <libi>.. .. (28 litt.).. <trans>latum <a Poenis. Id etiam appellabant *probrum*> quia u.. (31 litt.).. non **.

(Paul.) Punicum genus libi translatum a Poenis. Id etiam appellabant prob[r]um quia erat ceteris suavisissimum.

<Pro> significat in, ut pro ro>st[o]r<is, pro aede pro tribunali>.

(Paul.) Pro significat in, ut pro rostris, pro aede, pro tribunali.

<Progenerum> appellat avus neptis suae virum. Pronurus ap>pella<tur nepotis uxor>.

(Paul.) Progenerum appellat avus neptis suae virum.

Pronurus nepotis uxor.

<Profanum> quod non est sacrum.> Li-vi<us>.. (28 litt.).. <pu>blico » ; <Plautus in>.. (6 litt.).. (fr. inc. 38) :

<sacrum an profanum ha>beas <parvi penditur.> ;

.. (19 litt.).. tionem **.

(Paul.) Profanum quod non est sacrum.

Plautus : Sacrum an profanum habeas parvi penditur.

<Pro> ponitur etiam pro am>plific<ando ac palam faciendo, ut prodi provo>ca

PRODINUNT. lucent] i. e. accendunt. De forma 3 plur. praes. ind. vide ad Explenunt (70, 3 explent).

PRODIT. Hincine Gloss. Philox. PR 274 Prodit : προδίδωσιν, προέρχεται ?

PUNICUM. Supple si libet : quia v<incere> putabat cetera suavitate>.

PRO. rost.] Castoris Frank (Riv. Filol. 53, 105). Cf. supra, s. v. Pro Sententia (252, 16 ac si dicatur in sententia, ut pro rostris, id est in rostris), etc.

PROGENERUM. Pron. nep. ux. post Praeiurationes (250, 20) Paul.

PROFANUM. Hinc gl. misere lacera Abol. PR 92 Profanum habes : parvi penditur. Cf. supra, s. v. Porciam (242, 19) ; et supple si libet <Profanata pollucta ob iac>tionem <porro a fano>.

PRO. Cf. supra, s. v. , etc. Cosin] an Casina (952) « pro me, quid agam » (siquidem male intellexerat Verrius) ? Cf. supra, s. v. Promissus Capillus (250, 24 dicitur longus ; item barba promissa velut porro missa).

prop<elle protrahe ; alias pro privandi facul>tate, <ut in propudio, prohibendo quia utrumque ab>nuit i<n his esse pudorem potestatemque ; alias ali>ud alio <, ut pro pecunia, pro praedio, pro consule ; > alias pro al<locutione admirantis, Accius> in Melani<ppo> (inc. 2) : <« pro Iuppiter>.. (14 litt.).. mani omnium ».. (26 litt.).. Plautus in Cosin (?).. (10 litt.).. ; <alias pro ante, ut> pro ostio ; alias pro <in, ut inmittere et promittere bar>bam et capillum.

(Paul.) Pro ponitur etiam pro amplificando ac palam faciendo, ut prodi provoca protrahe propelle ; alias pro privandi facultate, ut in propudio, prohibendo, quia utrumque abnuit in his esse pudorem potestatemque ; alias aliud alio, ut pecunia, pro praedio, consule ; alias pro admiratione, ut pro Iuppiter ; alias pro ante, ut pro ostio ; alias pro inmittere et promittere barbam et capillum.

<Profundum dicitur id quod> altum est ac fundum <porro habet. Pacuvius> in Medo (243) : « neque.. (23 litt.).

(Paul.) Profundum quod longe habet fundum.

Profesti dies dic<ti quod sint procul a religione numinis> divini. Caecilius in (292).. (19 litt.).. <fe>sti tantundem.. (16 litt.).. ~ <Afranius> in Privigno (262) :

aeque <profesto ac festo concelebras focum>.

(Paul.) Profesti dies procul a reig one numinis divini.

Profusus super mo<dum sumptuosus, sicut ait> Terentius in Adel<phis> (184) :

<profundat perdat pere>a, nihil ad me a<tinet>.

<Alias abiectus iacens> et (ut) Pacuius in Teuc<ro> (321) :

<profusus gemitu murmu>ro † occis-tians rua † **

** cant.. (32 litt.).. cita.

(Paul.) Profusus super modum sumptuosus. Terentius : Profundat perdat pereat, nihil ad me adtinet. Alias abiectus iacens. Pacuvius : Profusus gemitu murmuro.

<Plauti> appellantur canes quorum aures la>n<guidae sunt ac flaccidae et latius vid>entur <patere>.. (27 litt.).. suae. (36 litt.)..e.. (34 litt.).. uni.. (34 litt.).. nui.. (33 litt.).. acis**

(Paul.) Plauti appellantur canes quorum aures languidae sunt ac flaccidae et latius videntur patere.

<Plantae semina holerum dicta>e sunt <quod plana sunt, ut plantae etiam pedum ex> causa <simili appellantur>.

(Paul.) Plantae semina holerum quod plana sunt, ut appellantur etiam ex simili plantae nostrorum pedum.

<Plancae tabulae planae, c>b quam <causam et Planci> appellantur qui supra mo-

PROFUNDUM. Hinc nimirum Gloss. Abav. (=Abol.) PR 127 Profundum : porro habens fundum. Sed Isidorus Etym. 14, 9, 4 (Profundum proprie quasi cuius porro sit fundus) ex Serv. Aen. 2, 758 hausit.

PROFESTI. Cf. infra, s. v. Profestum Facere (298, 34.. itaque diem profestum diem sine feriis esse).

PROFUSUS occistians rua] ‘ occisti ’ anruat Ribbeck. Quae sequuntur vide ne aliena sint, utputa : <Procita et procitata idem signifi>cant, ut .. « .. <pro>cita ».

PLAUTI. Hinc Gloss. Philox. PL 23 Plautus : βαρύωτος. Fortasse etiam gl. corrupta Abol. PA 9 Patus : auribus magnis vel cervice. Aut hinc aut ex A — capitulo Gloss Abol. AU 14 Auribus Plautis : flaccidis et ingentibus. Cf. infra, s. v. Plotos (274, 9 appellant Umbri pedibus planis et latis), et vide viam inter Plauti et Plantae et Plancae.

PLANCI. Hinc Gloss. Abol. PL 4 Planus : pedibus latis qui planas et latas habet plan-

dum pe>dibus <lati sunt. Eisdem homines Umbri di>cebant <Plotos>*

(Paul.) Plancae tabulae planae, ob quam causam et Planei appellantur qui supra modum pedibus planis sunt.

<« *Plaustrum perculi* », id est> ever<ti, cum ait Plautus in Epidico, significa>t id quod.. (29 litt.).. (592) :

<E>pidicus <mihi fuit magister. Perii; plaustr>um perculi.

<Plebeium magistratum, ait....., nem>inem licet ca<pere nisi qui>.. (16 litt.).. generis est.. (27 litt.).. isto nomine.

(Paul.) Plebeium magistratum neminem capere licet nisi qui ex plebe est,

<Plutei> proprie crates corio cr>udo intentae <quae hosti obici solent ab> opus facientibus <et appellantur plutei militares>. Nunc etiam tabulae quibus quid praeseptur eodem> nomine dicuntur>.

(Paul.) Plutei crates corio crudo intentae quae solebant obponi militibus opus facientibus et appellabantur militares. Nunc etiam tabulae quibus quid praeseptur eodem nomine dicuntur.

<Plebeia magisteria sunt ea> quae a ple-

bei scito.. (25 litt.).. suffragium tu.. (25 litt.).. s sunt constitu<ta. Sed etiam plebei aediles fi>unt qui una cum <curulibus> creati sunt dissid>ente plebe a pa<tribus>.

(Paul.) Plebei aediles dissidente plebe a patribus sunt creati.

<Plebeias tabernas> q>uas vocant ncs<tra aetate quinque tabern>as esse et septem ferunt< olim fuisse. Plebeias appell>amus a genere magistratus ; eas enim faciendas curaverunt M. Iunius Brutus, Q. Oppius aediles plebis.

Plexa colligata significat ex Graeco ; cui nos etiam praepositionem adicimus cum dicimus perplexa.

(Paul.) Plexa conligata ; unde perplexa.

Plentur antiqui etiam sine praepositionibus dicebant.

(Paul.) Plentur antiqui etiam sine praepositionibus dixerunt.

Plera dixisse antiquos testis est Pacuius cum ait (320) :

plera pars pessum datur.

Ploxinum appellari ait Catullus capsum in cisio capsam>ve cum dixit (97,6) : gingivas vero ploxini habet veteris. (Paul.) Ploxinum capsam dixerunt.

Plorare flere <et>inclamare nunc significat et cum praepositione inplorare, id

tas ; quem Umbri Ploton vocant. Fortasse etiam Gloss. Philox PL 14 Plancus : πλατύπους, PE 34 Pedito : planicus, πλατύπους.

PLOTOS. Cf. infra, s. v. (274,9 appellant Umbri pedibus planis et latis.. unde et Maccius poeta, quia Umber Sarsinas erat, a pedum planitia initio Plotus, postea Plautus coeptus est dici). Cf. supra, s. v. Plauti.

PLEBEIUM MAGISTRATUM. Haec supplent docti : ca<pere nisi qui ex plebe est ; cuius ge>neris est <omnis magistratus qui appellatur> isto nomine.

PLUTEI. proprie] cf. 158, 18 ; 234, 21, etc. Hinc Gloss. Abol. PL 11 Plutei : proprie crates corio contextae quae in opere faciendo hostibus obiciuntur ; Isid. Etym. 18, 11, 3 : Plutei sunt crates corio crudo intextae quae in opere faciendo hosti obiciuntur.

PLEBEIA. Haec fere supplent docti : <cum plebs tributim sine patribus> suffr. tu<lit rogante magistratu plebi>s sunt constitu<ta. Et aut tribuni plebei aut aediles>unt q. u. o. <tribunis er. s. diss.>.

PLEBEIAS TABERNAS. vel <Pl. tab. no>vas voc. no<stra aet., et dicunt V tabern>as esse, <s> et sept. ferunt<ur ol. fu.> docti. Cf. Liv. 26, 27,2 ; Eodem tempore (a, 544) septem tabernae, quae postea quinque, et argentariae, quae nunc novae appellantur, arsere.

INPLORARE. Cf. supra, s. v. (96, 23).

est invocare ; at apud antiquos plane inclamare. In regis Romuli et Tatii legibus (13) « Si nurus ** <nurus> sacra divis parentum estod » ; in Servi Tulli haec est (6) « Si parentem puer verberit ast olle plorassit paren<s>, puer divis parentum sacer esto », id est <in>clamaris dix<erit diem>.

Pedulla (?) quae dicimus nunc (?) a.. (10 litt.).. Graecos appellare manifestum est.

Pacem a pactione condicionum putat dictam Sennius Capito quae utrique inter se populo sit observanda.

(Paul.) Pax dicta est a pactione.

Penem antiqui codam vocabant ; a qua antiquitate etiam nunc *offa porcina* cum cauda in cenis puris *offa penita* vocatur, et *peniculi* quis calciamenta terguntur, quod e codis extremi<s> faciebant antiqui qui terge<re>nt ea. Dictus est forsitan a pendendo. Naevius in *Tunicularia* (com. 99) :

Theodotum (Theud-) compellas qui aras Compitalibus

sedens in cella circumtectu[a]s tegetibus

Lares ludentis peni pinxit bubulo, significat peniculo grandi, id est coda.

(Paul.) Penem caudam vocabant ; unde et *offam porcina* cum cauda *offam penitam* dicebant. Hinc et peniculos dicimus quibus calciamenta terguntur, qui de caudarum extremitate fiunt. Penis denique a pendendo vocata est.

Propius sobrino mihi est consobrini mei filius et consobrinae meae filius et patris mei consobrinius et matris meae consobrinius.

(Paul.) Propius sobrino mihi est consobrini mei filius et patris mei consobrinius.

Possessio est, ut definit Gallus Aelius (12), usus quidam agri aut aedificii, non ipse fundus aut ager. Non enim possessio est <nisi in> rebus quae tangi possunt. <Ex is> qui dicit se possidere is vere potest dicere. Itaque in legitimis actionibus nemo [ex his qui] possessionem suam vocare audet, sed ad interdictum venit, ut praetor his verbis utatur : Uti nunc possidetis eum fundum quo de agitur, quod nec vi nec clam nec precario alter ab altero possidetis, <quominus> ita possideatis, adversus ea vim fieri veto.

(Paul.) Possessio est usus quidam agri aut aedificii, non ipse fundus aut ager.

Praefecturae eae appellabantur in Italia in quibus et ius dicebatur et nundinae agebantur ; et erat quaedam earum R. P. (respublica), neque tamen magistratus suos habebant ; in qua[hi]s legibus praefecti mittebantur quotannis qui ius dicerent. Quarum genera fuerunt duo : alterum in quas solebant ire praefecti <qui> quattuor <e> viginti sex virum numpro (numero) populi suffragio creati erant, in haec oppida : Capuam Cumas Casilinum Volturnum Liternum Puteolos Acerras Suessulam Atellam Calatium

PEDULLA. An Πέδύλα quae di. nunc alutaciatos, etc. ?

PENEM. Hincine (an ex loco superiore, s. v. Peniculi 231,2) gl. Festina cod. Vat. lat 1469 Penem antiqui codam vocabant, id est veretrum ?

OFFA PENITA. Cf. infra, s. v. Penitam Offam (282, 12 Naevius appellat absegmen, carnis cum coda.)

PENICULI. Cf. supra, s. v. (231,2 .. penes enim vocabantur caudae).

PROPIUS SOBRINO. Ex Aelio Gallo. Cf. infra, s. v. Sobrinus (379,6 est, ut ait Gallus Aelius, etc.). Ecce doctrinam ex eodem fonte haustam et bifarie divisam.

POSSESSIO. Cf. infra, s. v. Possessiones (277,5 .. non mancipatione sed usu tenebantur et ut quisque occupaverat possidebat). quominus ita poss. Ulpian. (ap. Dig. 43, 17, 1, Gaius (Inst. 4, 160).

(-am) ; alterum in quas ibant quos praetor urbanus quotannis in quaque loca miserat legibus, ut Fundos Formias Caere Venafrum Allifas Privernum Anagninam Frusinonem Reate Saturniam Nursiam Arpinum aliaque complura.

Parret, quod est in formulis, debuit et producta priore syllaba pronuntiari et non gemino R scribi, ut fieret ' paret ', quod est inveniatur, ut comparet appareret.

Portum in XII pro domo positum omnes fere consentiunt (2, 3) : Cui testimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum obvagulatum ito.

(Paul.) Portum frequenter maiores pro domo posuerunt.

Patrocinia appellari coepta sunt cum plebs distributa est inter patres ut eorum opibus tuta esset.

(Paul.) Patrocinia appellari coepta sunt cum plebs distributa est inter patres ut eorum opibus tuta esset.

Posticam lineam in agris dividendis Ser. Sulpicius (12) appellavit ab exori<ente sole ad occasum spectantem> qua.. (33 litt.).. tur.. (33 litt.).. rique.. (31 litt.).. ab e**

(Paul.) Postica linea in agris dividendis ab oriente ad occasum spectat.

<?> ** tab.. (33 litt.).. frug.. (32 litt.).. danto**

<*Pomptina* tribus a Pomp>tia ur<be est dicta>.. (18 litt.) .. <Pomp>tina o.. (30 litt.).. <Pa>piria t<ribus a Papirio>.. (19 litt.).. mi ag.. (33 litt.).. coniu.. (32 litt.).. quod ind.. (30 litt.).. tur bellum.. (29 litt.).. tos exerc.. (29 litt.).. diacesser.. (26 litt.).. signum conf.. (27 litt.).. rem in ipsorum ar<bitrio>.. (15 litt.).. <po> testate ac postu.. (23 litt.).. exercitus suffrag** <*Pupinia* tribus> ab agri nomine <dicta qui Pupinius dicitur, inter> Tusculum Urbem<que situs>.. (18 litt.).. minit invictum.. (24 litt.).. est. *Popillia* (Poplilia ?) tri<bus>, una antiquarum triginta tri>buum — tot enim fuerunt ante reges exactos — fe>lici nomine ap<pellata a progenitrice Popilliorum, ut> *Pinaria* <tribus> a sororis P<inarii, qui Herculi prima sacra fecit, no>mine.

(Paul.) Pomptina tribus a Pomptia urbe est dicta. Papiria tribus a Papirio vocata. Pupinia tribus ab agro Popinio. Popillia tribus a progenitrice traxit vocabulum.

Populi comm<une suffragium est patrum> cum plebe suffragium ; <nam Comitia Centuriata> ex patribus et plebe <constant in centurias divisas. At>cum plebes

PARRET. Cf. supra, s. v. (247, 15 significat apparebit).

PORTUM. Ps.-Placidi in hac lege XII adnotatam, ni fallor, glossam sic intellego, Portum : domum vel ianuam <? Tertiis diebus :> interdum, < Obvagulatum .> petatum. Cf. infra s. v. Vagulatio (514, 6 in XII significat quaestio cum convicio : « cui testimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum obvagulatum ito ».)

POSTICAM. Cf. infra, s. v. Posticum Ostium (244, 24 dicitur in posteriore parte aedium ; ceterum antiqui etiam vicinum habitantem ad posteriorem partem aedium sic appellaverunt ; denique et quae ante nos sunt antica et quae post nos sunt postica dicuntur, et dexteram anticam sinistram posticam dicimus ; sic etiam ea caeli pars quae sole inlustratur ad meridiem antica nominatur, quae ad septentrionem postica, rursumque dividuntur in duas partes orientem atque occidentem) ; supra, s. v. Antiquum (24, 14).

POMPTINA. Haec suppleat docti : ur<be est dicta, a qua etiam palus Pomp>tina a<pellata est prope Terracinam>.

PUPINIA Sed cf. Frank (Amer. Journ. Phil. 51,70)

POPLILIA. Cf. Liv. 7, 15, 12 : Eodem anno duae tribus, Pomptina et Publilia, additae.

sine patri<bus> Tributis Comitibus convenit,> quod plebes scivit *plebi<scitum>*, non populi suffragium> appellatur. *Patrum comm<une> suffragium>*.. (37 litt.)..

Prors<limites> appellantur in agrorum mensuris qui de>rec<ti> sunt ad Orientem>.

(Paul.) Prorsi limites appellantur in agrorum mensuris qui ad Orientem directi sunt.

<*Pugio* dictus esse vi>detur.. (35 litt.).. ..no.. (33 litt.)..nsue.. (32 litt.)..uoque**

(Paul.) Pugio dictus quod eo punctim pugnatur.

<*Praebia* dicuntur curan>di ma remedia>.. (22 litt.).. s cau.. (20 litt.)..

(Paul.) Praebia remedia.

<*Parare inter se.m>unus<dicebantur> cum sine sortitione magistrati>bus populi Romani<inter se> conveniret>.. (15 litt.).. acere.. (31 litt.).. ebus le.. (30 litt.).. to quoque.. (32 litt.).. rum ex.. (25 litt.).. <con>sulibus ae.. (28 litt.).. atque ex ea.. (28 litt.).. s magistra.. (27 litt.).. t intra dies <magistratus designati pro>vi>ncias inter se pa<rent>.*

<*Praetor* alter> inter civis, al[i]ter in-

ter <peregrinos ius dicebat. Nam cum ille qu>i lege primum fratres (factus ?) <erat non sufficeret, duo id>circo sunt creati.

<*Praemetium* praelibatio Cereri, quo>d ante metitur, qua<si> praemessum>.

(Paul.) Praemetium quod praelibationis causa ante praemetitur.

<*Prote>lare* dicitur longe pro<pellere, ex Graeca voce> quae est τῆλε et signi<ficat longe>.

(Paul.) Protelare longe propellere, ex Graeco videlicet τῆλε quod signi<ficat longe>.

<*Privato sumtu>*..(5 litt.).. t se alebant milites Romani quistipendi>a mererentur; quod in <consuetudine> mansit paene ad> id tempus quod fuit pau<lo> ante quam Roma urbs> capta est a Gallis, <ex quo sine publico stipendio> milites non fiebant.

(Paul.) Privato sumtu se alebant milites Romani paene ad id tempus quo Roma est capta a Gallis.

<*Porci effigies* inter militaria>signa quintum locum <obtinebat> quia confecto

PLEBISCITUM. Cf. infra, s. v. Scitum Populi (442, 28.. Plebi scitum est quod tribunus aedilisve plebi eam rogavit, id est consuluit, plebesque scivit; plebes autem est populus Romanus universus praeter patricios); s. v. Scita Plebei (372, 20).

PUGIO. Hincine Gloss. Philox. PU 32Pugio: παραξυφίδιον παραζώνιον? Cf. Isid. Etym. 18, 6, 6: Pugio a pungendo et transfigendo vocatus; est enim gladius parvus et bis acutus lateri adhaerens. (Cetera Isidori ex ps- Placido hausta sunt).

PRAEBIA. Cf. infra, s. v. (276, 7 rursus Verrius vocari ait ea remedia quae Gaia Caecilia uxor Tarquini Prisci, invenisse existimatur et inmiscuisse zonae suae, qua praecincta statua eius est in aede Sancus, qui deus Dius Fidius vocatur; ex qua zona periclitantes ramenta sumunt; ea vocari ait praebia quod mala prohibeant). Haec fere supplent docti: ma remedia, videlicet quae curationi>s cau<sa> praeberi soleant>.

PARARE Haec supplent docti: <quis ex iis munus f>acere <provinciamve> habere vellet>.

PRAEMETIUM. Cf. infra, s. v. Sacrima (422, 5.. sicut praemetium de spiciis quas primum messuissent sacrificabant Cereri). Hinc vel inde Gloss. Philox. PR 92 Praemetium: ἡ πρὸ θερισμοῦ Δημήτρας θυσία.

PRIVATO SUMTU. Cf. Liv. 4, 59, 11.

PORCI EFFIGIES. Cf. supra, s. v. Minotauri Effigies (135, 21 inter signa militaria est). foedere] cf. supra, s. v. Foedus (74, 3 appellatum ab eo quod in paciscendo foede hostia nece- retur; Virgilius "et caesa iungebant foedera porca"). Cf. Serv. Aen. 8, 641, qui non porcum sed porcum esse caesum affirmat.

bæ>llo, inter quos populos <pax fia: ea porca caesa in foe>dere firmari solet.

(Paul.) Porci effigies inter militaria signa quintum locum optinebat quia confecto bello, inter quos pax fieret, caesa porca foedus firmare solebant.

<Polimenta>.. (13 litt.).. dicebant testiculos porcorum cum eos castrabant, a politione segetum aut vestimentorum, quod similiter atque illa curentur.

(Paul.) Polimenta testiculi porcorum dicuntur cum castrantur, a politione vestimentorum, quod similiter ut illa curentur.

Pater patrimus dicebatur apud antiquos qui, cum iam ipse pater esset, habebat etiam tum patrem.

(Paul.) Pater patrimus dicitur qui, cum ipse pater sit, adhuc patrem habet.

Portisculus est, ut scribit Aelius Stilo, qui in portu modum dat classi. Id autem est malleus, cuius meminit Cato in dissuasionem de rege Attalo et vectigalibus Asiae (1) : C. Licinio praetore remiges scribiti cives Romani sub portisculum (-lo ?), sub flagrum (-ro ?) conscribiti venire passim ».

(Paul.) Porticulus est qui in portu modum dat classi. Est autem malleus.

« *Pro scapulis* » cum dicit Cato significat pro iniuria verberum. Nam conplures leges erant in cives rogatae quibus sanciebatur poena verberum. His significat prohibuisse multos suos civis in ea oratione quae est contra M. Caelium (7) : Si em percussi saepe, incolumis abii ; praeterea pro republica, pro scapulis atque aerario multum rei publicae profuit (-ui ?).

(Paul.) Pro scapulis cum dixit Cato significavit pro iniuria verberum.

Primanus tribunus apud Catonem <est qui primae legioni tributum scribebat>.

(Paul.) Primanus tribunus erat qui primae legioni tributum scribebat.

<*Properare et festinare* distinguuntur apud Catonem> in ea quae est contra Thermum de suis virtutibus (4) : Aliud est properare, aliud festinare ; qui unum quiddid mature transigit is properat, qui multa simul incipit neque perficit is festinat.

(Paul.) Properare aliud est, aliud festinare. Qui unum quid mature transigit is properat, qui multa simul incipit neque perficit is festinat.

(Gell.) Verrius Flaccus rationem dicere volens differentiae huius « festinat » inquit « a fando dicitur, quoniam isti ignaviores qui nihil

POLIMENTA. Politione] Cf. supra, ad Inpolitias (95, 26).

PATER PATRIMUS. Cf. supra, s. v. Matrimones ac Patrimones (113,5 quibus matres et patres adhuc vivunt).

PORTISCULUS. Cf. Non. 151, 18 : Portisculus proprie est hortator remigum, id est qui eam peritiam tenet quae portisculus dicitur, qua et cursum et exhortamenta moderatur. Hinc Gloss. Philox. PO 84 Porti<s>culus : καλεούσης. C. Lic. praet.] Cf. Liv. 42, 27, 2 sub portisculo] Hinc nimirum Gloss. Corp. (= Abol.) P 503 Portisculo : malleo.

PRO SCAPULIS proh. <se> docti Si.. abii] Verba adversarii, qui ad Leg. XII Tab. adludit. Cf. Class. Rev. 7, 116.

PROPERARE. quiddid] pro quidque antiqui usurpabant. Quod si meminisset Leo, aliter scripsisset de Plautina prosodia (Plautinische Forschungen², p. 289). Antiquam formam conservaverunt meliores codd. Nonii (441, 18), qui locum e Gellio sumpsit ; mutaverunt in " quid " codd. qui supersunt Gellii (16,14) et Paulus Diaconus ; in " quodque " codd. scholiastae Bobiensis in Cic. Mil. 49. Non hinc, sed (ni fallor) ex schol. Donati in Geo, 1, 260 hausit Isidorus Diff. 1, 440, qui plenius Catonis verba exhibet, addens « ego unum quodque (quiddid) quod adortus eram transigebam ».

perficere possunt, plus verborum quam operae habent. »

Prorsus porro *versus*, nisi forte ex Graeco πρὸς. Cato de feneratione legis Iuniae (1) : Camerini cives nostri oppidum pulchrum habuere, agrum optimum atque pulcherrimum, rem fortunatissimam ; cum Romam veniebant prorsus devertebantur pro hospitibus ad amicos suos.

(Paul.) *Prorsus* porro *versus*.

Prohibere comitia dicitur vitare diem morbo qui vulgo quidem <morbus> *maior*, ceterum ob id ipsum <morbus> *comitalis* appellatur. Cato in ea oratione quam scripsit de sacrificio commisso (1) : Domi cum auspicamus, honorem medium (deum) immortalium velim habuisse ; servi, ancillae, si quis eorum sub centone crepuit quod ego non sensi, nullum mihi vitium facit ; si cui ibidem servo aut anoillae dormienti evenit quod comitia prohibere solet, ne is quidem mihi vitium facit.

Penatores qui penus gestant. Cato adversus M'. Acilium quarta (1) : Postquam na[ti]-vitas ex navibus eduxi, non ex militibus atque nautis piscatores penatores feci, sed arum (aurum ?) dedi.

Pilates (phell- ?) lapidis genus cuius muni-

nit Cato Originum lib. V (17) : Lapis candidior quam pela[s]tes.

(Paul.) *Pilates* genus lapidis. Cato : Lapis candidior quam pilates.

Peregrina sacra appellantur quae aut evocatis dis in oppugnandis urbibus Romam sunt con<I>ata aut quae ob quasdam religiones per pacem sunt petita, ut ex Phrygia Matris Magnae, ex Graecia Cereris, Epidaurio Aesculapi ; quae coluntur eorum more a quibus sunt accepta.

(Paul.) *Peregrina sacra* sunt dicta quae ab aliis urbibus religionis gratia sunt advecta.

Peculatus furtum publicum dici coeptus est a pecore quia ab eo initium eius fraudis esse coepit ; siquidem ante aes aut argentum signatum ob delicta poena gravissima erat duarum ovium et triginta bovum. Ea<m> lege<m> sanxerunt T. Menenius Lanatus et P. Sestius Capitolinus consules. Quae pecudes, postquam aere signato uti coepit populus Romanus, Tarpeia lege cautum est ut bos centusibus, ovis decussibus aestimaretur.

(Paul.) *Peculatus*, id est furtum publicum, dici coepit a pecore tunc cum Romani praeter pecudes nihil haberent.

PILATES ante Pilae (272, 15) Paul.

PEREGRINA SACRA. conlata] conlocata Walters (Philol. 80, 440).

PECULATUS. Cf. supra, s. v. *Peculatum* (232, 29 est nunc quidem quaecumque publicum furtum, sed inductum est a pecore, ut pecunia quoque ipsa, etc.) ; s. v. *Ovibus Duabus* (220, 22) ; s. v. *Depeculatus* (66, 11 a pecore dicitur ; qui enim populum fraudat peculatus poena tenetur).

poena gravissima]. cf. supra, s. v. *Ovibus Duabus* (220, 22) ; Maximam Multam (129, 8 dixerunt trium milium et viginti assium, quia non licebat quondam pluribus triginta bubus et duabus ovibus quemquam multari aestimabaturque bos centussibus, ovis decussibus) ; s. v. *Peculatus* (232, 33 .. itaque suprema multa etiam nunc appellatur) ; infra, s. v. *Supremum* (398, 7 alias pro maximo, cum duas oves et triginta boves supremam multam dicerent). Men. .. Sest.] Cf. Willers (De Verr. Flacc. 23). aestimaretur] cf. supra, s. v. *Aestimata Poena* (23, 2 ovem decussis, bovem centussis, hoc est decem vel centum assibus) ; s. v. *Ovibus Duabus* (220, 24 postea quam aere signato uti civitas coepit pecoraque multatitia incuria corrumpabantur, unde etiam peculatus crimen usurpari coeptum est, facta est aestimatio pecoralis multae et boves centenis assibus, oves denis aestimatae ; inde suprema multa, id est maxima, appellatur tria millia aeris ; item vicesis minoribus delictis).

Potitium et Pinarium Hercules, cum ad aram quae hodieque Maxima appellatur decimam bovum quos a Geryone abductos abigebat Argos in patriam profanasset, genus sacrifici edocuit. Quae familia et posterius eius non defuerunt decumantibus usque ad Appium Claudium Censorum, qui quinquaginta millia aeris gravis [h]is dedit ut servos publicos edocerent ritum sacrificandi. Quo facto Potiti, cum essent ex familia numero duodecim, omnes interierunt intra diem XXX. Pinarius quod non adfuit sacrificio, postea cautum est ne quis Pinariorum ex eo sacrificio vesceretur.

Plebeiae Pudicitiae sacellum in vico Longo est quod, cum Verginia patrici generis femina convivio (convubio ?) facto inter patres et plebem no.. (35 litt.).. sulo.. (36 litt.).. qua.. (37 litt.).. bit a.. (36 litt.).. sere.. (36 litt.).. eo iu.. (36 litt.).

(Paul.) Plebeiae Pudicitiae sacellum Romae ut sacra cetera colebatur.

Porto<rium dictum est vectigal id quod solvitur> porti<toribus>.. (24 litt.).. <dimi>diato.. (35 litt.).. in vec <tigilibus>.. (26 litt.).. ter dua.. (34 litt.).. liusque.. (33 litt.).. Corun<canius>.. (29 litt.).. intra te<mporis certum spatium>.. (14 litt.).. quid at.. (32 litt.).. <ma>iestate spr<eta>.. (27 litt.).. dam propibus (?) et.. (27 litt.).. sint.

Primi<genius sulcus dicitur qui in nova

urbe> oondenda tau<ro et vacca>.. (20 litt.).. iumentum velut exem<plum>.. (20 litt.).. utrumque media p.. (26 litt.).. lari iudicio qui et ips.. (10 litt.)..

(Paul.) Primigenius sulcus dicitur qui in condenda nova urbe tauro et vacca designationis causa inprimatur.

<Parilibus Ur>bem condidit Romu<lus, quem diem festum praecipue> habebant iunior<es natu qui erant>.

(Paul.) Parilibus Romulus Urbem condidit, quem diem festum praecipue habebant iuniores.

<Praetexta pulla nulli> ali licebat uti qu<a>m <ei qui funus faciebat, si idem> ius magistratus hab<ebat vel in publico> loco publicos lud<os edebat. Hic etiam eodem iure> utitur et scribam hab<et sicut magistratus propter eos> quos facit ludos.. (21 litt.).. <Consu>libus et praetoribus vota <nuncupantibus propter igno>rantiā sacra (?) novorum <praetexta da>tum est uti, emit (item ?) votum <solvētibus>.. (11 litt.).. que item Valerius vica.. (23 litt.).. ra ex senatu improbar..

(Paul.) Praetexta pulla nulli alii licebat uti quam ei qui funus faciebat. <Pilae et effigies viriles et muliebres ex lana, Compitalibus in> compitis <suspenduntur quod hic dies festus est> deorum <inferorum>.. (19 litt.).. <quos

POTITIUM. Cf. supra, s. v. Putitium (240, 18). profanasset] cf. supra, s. v. Poriciam (242, 19).

PLEBEIAE PUDICITIAE. Cf. infra, s. v. Pudicitiae (scil. patriciae) Signum (282, 18 in foro Bovario est). Cf. Liv. 10, 23.

Haec supplent docti : .. <plebeiae matronae quae uni viro nup>sere <et spectatae pudicitiae essent, sacrificandi in> eo iu<s haberent eodem ritu quo patriciae sacrificant>.

PRIMIGENIUS SULCUS. Cf. Varr. L. L. 5, 143 : Oppida condebant in Latio Etrusco ritu multi, id est iunctis bobus, tauro et vacca, interiore aratro circumagebant sulcum — hoc faciebant religionis causa die auspiciato — ut fossa et muro essent muniti; Cato Orig. 1, 18 : Qui urbem novam condit tauro et vacca arat, ubi araverit murum facit, ubi portam volt esse aratrum substollit et portat et portam vocat.

PILAE. Anglice "rag-dolls", Teutonice "Lumpenpuppen". Cf. supra, s. v. Laneae Effigies Compitalibus (108, 27 noctu dabantur in compita quod Lares, quorum is erat dies festus, animae putabantur esse hominum redactae in numerum deorum).

voca>nt La<res, quibus tot pilae suspenduntur> quot <capita sunt servorum, tot effigies quot su>nt li<beri homines in familia coll>ocantur <ut vivis parcant, pilis et simulacris con>tentis.

(Paul.) Pilae et effigies viriles et muliebres ex lana Conpitalibus suspenduntur in conpitis quod hunc diem festum esse deorum inferiorum quos vocant Lares putarent, quibus tot pilae quot capita servorum, tot effigies quot essent liberi ponebantur ut vivis parcerent et essent his pilis et simulacris contenti.

<Primigeniae Fortunae P. Sempronius princeps>ipio <pugnae cum Hannibale aedem vovit, quod ad> Fortu<nam gentis suae originem referebat, ut Ven>eris <aedem C. Iulius Caesar extruxit eamque G>enit <ricem dixit>.. (26 litt.).. aemu.. (35 litt.).. urbem.. (35 litt.).. annis .. (34 litt.).. quum Pu<nico bello finito Sempronius quam damnatus vo>ti debebat <aedem extruendam locasset>.. (10 litt.)..

Pueri im<puberes ad annum tertium decimum voca>ntur. Atta (25).. (27 litt.).. versibus docet.. (24 litt.).. per signum ad Salinas.. (26 litt.).. quod signum allatum.. (28 litt.).. quod sunt cona<ti multi imi-

tando exprim>ere, nemo unquam <potuit>.. (18 litt.).. propter ipsum signum.. (23 litt.).. s sub signo abierunt.. (27 litt.).. cedunt simul ut.. (24 litt.).. ei erexerunt ad (at ?) qui.. (25 litt.).. es.

Plena suae Tellu<ri sacrificabatur quia peoudis> id genus, cum seren<tes in agris sunt, rostro sem>en fodiendo cōrrum <pere solet>.

<Plotos vocant> Umbri pedibus planis<et latis. Hinc soleas qui>bus utuntur in venando <quo planius pedem ponant vo>cant semiplotia ; et .. (19 litt.).. <Macci>us poeta, quia Umber Sarsinas erat, a pedum planitia initio Plotus, postea *Plantus* coeptus est dici.

(Paul.) Ploti appellantur qui sunt planis pedibus. Unde et poeta Accius, quia Umber Sarsinas erat, a pedum planitie initio Plotus, postea Plautus est dictus. Soleas quoque dimidiatas quibus utebantur in venando quo planius pedem ponerent semiplotia appellabant.

Postumus cognominatur post patris mortem natus. Plautus in Aulularia (162) :

post mediam aetatem qui media ducit
[uxorem domum,
si eam senex anum praegnatem for-
[tuito fecerit,

PRIMIGENIAE FORTUNAE. Cf. Liv. 29, 36, 8 Consul principio pugnae aedem Fortunae Primigeniae vovit si eo die hostes fudisset composque eius voti fuit ; 34, 53, 5 Aedem Fortunae Primigeniae in colle Quirinali dedicavit Q. Marcius Ralla duumvir ad id ipsum creatus ; voverat eam decem annis ante Punico bello P. Sempronius Sophus consul, locaverat idem censor. Haec supplent docti : <G>enit<ricem dixit. Sed ea aedis non ante quam> aemu<lam illam Romani imperii Carthaginensem> urbem <devicissent extructa et dedicata est decem>annis <post a Q. Marcio Ralla duumviro> quum Pu<nico>, etc.

PUERI IMPUBERES. Cf. infra, s. v. Pubes (296, 18 est qui puer generare iam potest ; is incipit esse ab annis quattuordecim).

PLOTOS. An <Plancos nos, Plotos vocant> Umbri, etc. Cf. supra, s. v. Plancae (258, 10 tabulae planae, ob quam causam et Planci appellantur qui supra modum pedibus latis sunt), unde provenit gl. Abol. PL4 Plancus : pedibus latis, qui planas et latas habet plantas ; quem Umbri Ploton vocant. Cf. ps. -Plac. Plotos a pedibus dictos. || Maccius] Cf. Sonnenburg (Realenzykl. Kl. Alt., s. v. Plautus).

POSTUMUS. Hinc gl. (cum altera conflata) Abol. PR 4a Postumus : qui post mortem patris nascitur. Etiam fortasse Gloss Philox. PO 142, Postumus : ἀπ' αὐτοῦ μετὰ θάνατον πατρὸς γεννηθεὶς ἐν τῷ (?)

quid dubitas quin sit paratum his no-
[men pueris ' Postume ' ?

Porcas quae inter duos sulcos fiunt ait
Varro dici quod porrigant frumentum.

(Paul.) *Porcas* quae in agris fiunt ait
Varro dici quod porrigant frumentum.

Parmulis pugnare milites soliti sunt ; qua-
rum usum sustulit C. Marius datis in vi-
cem earum Bruttianis

Porcam auream et argenteam dici ait Capito
Ateius (16), quae etsi numero hostia-
rum non sint, nomen tamen earum ha-
bere ; alteram ex auro, alteram ex argento
factam adhiberi sacrificio Ceriali.

Pulcher bos appellatur ad eximiam pin-
guitudinem perductus.

Propudialis porcus dictus est, ut ait Capito
Ateius (15), qui in sacrificio gentis Clau-
diae velut piamantum et exsolutio
omnis contractae religionis est.

« *Parum cavisse videri* » pronuntiat magis-
tratus cum de consilii sententia capitis
quem condempnaturus est.

Piscatori ludi vocantur qui quotannis
mense Iunio trans Tiberim fieri solent a
praetore urbano pro piscatoribus Tibe-
rinis ; quorum quaestus non in Macellum
pervenit, sed fere in aream Volcani, quod

id genus pisciculorum vivorum datur ei
deo pro animis humanis.

Publicius clivus appellatur quem duo fra-
tres L. M. Publici Malleoli aediles curules
pecuaris condemnatis ex pecunia quam
ceperant munierunt ut in Aventinum
vehiculi<s> [hel] venire (-ri ?) possit.

Praebia rursus Verrius vocari ait ea reme-
dia quae Gaia Caecilia, uxor Tarquini
Prisci, invenisse existimatur et inmis-
cuisse zonae suae qua praecineta statua
eius est in aede *Sancus*, qui deus *Dius*
Fidius vocatur ; ex qua zona periclitantes
ramenta sumunt. Ea vocari ait praebia
quod mala prohibeant.

Priscae Latinae coloniae appellatae sunt ut
distinguerent (-ntur ?) a novis quae
postea a populo dabantur.

Praetor ad portam nunc salutatur is qui in
provinciam pro praetore aut pro consule
exit ; cuius rei morem ait fuisse Cincius
in libro de Consulibus Potestate talem (7) :
Albanos rerum potitos usque ad Tullum
regem ; Alba deinde diruta usque ad P.
Decium Murem consulem populos Lati-
nos ad caput Ferentiniae, quod est sub
monte Albano, consulere solitos et impe-
rium communi consilio administrare ;

PORCAS. Unde hausit Gloss. Philox. PO 73, 80 Porca : τὸ μεταξὺ τῶν αὐλάκων ὄψος.
Porca : τὸ μεταξὺ τῶν κυμάτων ?

Cf. supra, s. v. Porcae (244,6 appellantur rari sulci qui ducuntur aquae derivandae gratia,
dicti quod porcent, id est prohibent aquam frumentis nocere) ; s. v. Inporcitor (96,3 qui
porcas in agro facit arando ; porca autem est inter duos sulcos terra eminens). porrigant]
vix porriciant. Cf. Varr. R. R., 1, 29, 3 : Quod est inter duos sulcos elata terra dicitur porca
quod ea seges frumentum porricit ; sic quoque exta deis cum dabant porricere dicebant ;
L. L. 5, 40 quo ea terra iacta, id est proiecta (porrecta ?), porca.

PARMULIS. mil.] velites *Schulten*. Bruttianis] Cf. supra, s. v. Bruttianae Parmae (29,1).
PULCHER BOS. Haec nimirum ex Cap. Ateio sunt sumpta (cf. Reitzenstein, Verr.
Forsch. 29). Cf. Act. lud. saec. Aug. 106, etc.

PISCATORI LUDI. Cf. supra, s. v. (232, 10 vocantur qui mense Iunio trans Tiberim
fieri solent pro quaestu piscantium).

PUBLICIUS CLIVUS. Cf. Varr. L. L. 5, 158 : Clivos Publicius ab aedilibus plebei Publi-
ciis qui eum publice aedificaverunt ; Ovid. Fast. 5, 293-294.

PRAEBIA. rursus] Cf. supra, s. v. Praebia (264,29). Gaia]. Cf. supra, s. v. Gaia Caecilia
(85,3 appellata est, ut Romam venit, quae antea Tanaquil vocitata erat, uxor Tarquini
Prisci regis Romanorum). Dius Fidius]. Cf. supra, s. v. Medius Fidius (132,1). Sanc.] Cf.
supra, s. v. Propterviam Sacrificium (254, 13 Herculi aut Sanco qui scilicet idem est deus).

itaque quo anno Romanos imperatores ad exercitum mittere oporteret iussu nominis Latini complures nostros in Capitolio a sole oriente auspiciis operam dare solitos; ubi aves addixissent militum illum qui a communi Latio missus esset, illum quem aves addixerant praetorem salutare solicum qui eam provinciam optineret praetoris nomine.

Patricios Cincius ait in libro de Comitibus (6) eos appellari solitos qui nunc ingenui vocentur.

Possessiones appellantur agri late patentes publici privatique qui[a] non mancipatione sed usu tenebantur et ut quisque occupaverat collidebat (possidebat).

Potestur Scipio Africanus in ea quae est de imperio D. Bruti; et *poteratur* C. Gracchus in ea qua usus est cum circum conciliabula iret.

Probrum virginis Vestalis ut capite puniretur, vir qui eam incestavisset verberibus necaretur, lex fixa in atrio Libertatis cum multi<s> alis legibus incendio consumpta est, ut ait M. Cato in ea oratione quae de Auguribus (1) inscribitur. Adicit quoque virgines Vestales sacerdotio ex augurali.. (36 litt.).. cra ad.. (35 litt.).. ex a.. (37 litt.).. tatis.. (35 litt.).. sumpto.. (34 litt.).. scrib.. (35 litt.).. viri.. (36 litt.).. const.. (35 litt.).. in eo.. (36 litt.).. licto.. (35 litt.).. istim.. (35 litt.).. consu.. ~

(35 litt.).. os aut.. (35 litt.).. nemo.. (36 litt.).. dicant.. (34 litt.).. tribus XXX<V. Cicero (de dom. 43) « Quo exemplo legem nominatim> de capite ci<vis indemnati tulisti? Vetant leges sacrae> vetant XI<I tabulae (9,1) leges privis hominibus inrogari». Ve> neficos quinque <et triginta tribus omnino non condem>nant quia ipsi indi<cta causa occiduntur>.

<*Punici* dicunt>ur, non 'Poeni<ci>', quamvis, <ut fama est, a Phoenice ori>-antur, et Punicum bel<um>.. (20 litt.).. lanter: nam quae soleb<ant> per OE dici in U abiere>.

(Paul.) Punici dicuntur, non Poeni, quamvis a Phoenice sint oriundi.

<*Philo>logam* Ennius (inc. 42) in praet<exta>.. (11 litt.).. <sed culpa li>bra<riorum> qui ea quae fem<inini> sunt dici nolebant mascu<lini>. Etiam ipsi Gra<eci> ita locuti sunt qui mulieres philo<lo>gos, philargyros <dixerunt>. Sed femina<rum> videns libra<rius> appellari mut<avit> formam vocabuli quod ea> vox explanata non<recte> habebatur>.. (13 litt.).. nomina etiam in vi.. (25 litt.).. dicimus tam hic lapis q<uam> haec lapis>.

<*Parti>cipia* appellantur quae <quoniam> aliquam conditio<nem> rerum significant e <nomine> casus, e verbo> tempora per-

POSSESSIONES. Cf. supra, s. v. Possessio (260, 28). Ex Festo Isid. Etym. 15, 13,3 : Possessiones sunt agri late patentes publici privatique quos initio non mancipatione, sed quisque ut potuit occupavit atque possedit; unde et nuncupati.

PROBRUM. Quod secutum sit lemma (vel quae lemmata) omnino est incertum; 'PRIVILEGIUM' Urs. : POENA CAPITALIS' Muell. capite] Cf. infra, s. v. Sceleratus Campus (448, 31). verb.] Cf. Liv. 22, 57, 2 : L. Cantilius scriba pontificius, qui cum Floronia (Vestali virgine) stuprum fecerat, a pontifice maximo eo usque virgis in Comitio caesus est ut inter verbera expiraret.

PUNICI. An bel<um>, non 'Poenicum' bellum; regu<lariter>, nam, etc.?

PHILOLOGAM. haec lapis] cf. Non. 211, 9 : Lapides in feminino genere dici possunt, ut apud Ennium (Ann. 608) « tanto sublatae sunt agmine tunc lapides », ad Homeri similitudinem qui genere feminino lapides posuit.

An Nomina etiam in "ni<s>" finita communia sunt. Necnon> dicimus, etc.? Cf. infra, s. v. Petronia Amnis (296, 26 annorum autem femine antiqui enuntiabant). culpa libr.] Testimonium insigne de antiquorum codicum mendis.

sonas recipi<unt ; itaque verbi et nominis vim participant> **

Por<tunus, qui et Palaemon alio nomine dicitur, inter< de<os qui mari praesunt> **

(Paul.) Portunus, qui et Palaemon, a Romanis inter deos colebatur.

Poe<nas pendere in eo proprie dicitur> qui ob <delictum pecuniam solvit, quia penso aere ute>bantur.

(Paul.) Poenas pendere in eo proprie dicitur qui ob delictum pecuniam solvit, quia penso aere utebantur.

<*Pullariam manum* dextram videtur dixisse>e Pla<utus> (fr. inc. 79) .. (33 litt.)

(Paul.) Pullariam Plautus dixit manum dextram.

Proce<dere succedere, interdum porro cedere significat>.

(Paul.) Procedere dicebant interdum succedere, interdum pro porro cedere.

Pertu<sum dolium> .. (24 litt.).. <fam>es dicitur <ventris> **

(Paul.) Pertusum dolium cum dicitur ventrem significat.

<?> ** de ruit .. (28 litt.).. <Ennius> lib. I An<nalium> (118).. (31 litt.).. c mu **.

<*Pollit*> (?) ** a dixit .. (35 litt.)..

(Paul.) Pollit pila ludit.

Petre<ia vocabatur quae pompam praecedens in colon>is aut <municipis imitabatur anum ebriam, ab> agri vitio ; <namque agro nocent praecipue petrae et> veprecilli. C. <Gracchus> .. (19 litt.).. vertar ad illam <petreiam>.. (21 litt.).. inpudentior.. (20 litt.).. <inpude>nter legationes .. (22 litt.).. <po>test..

(Paul.) Petreia vocabatur quae pompam praecedens in colonis aut municipiis imitabatur anum ebriam, ab agri vitio, scilicet petris, appellata [m].

Pelliculatio<nem Cato a pellicien>do, quod est inducen<do, dixit in ea oratione>e [m] quam scripsit de.. (17 litt.)..

(Paul.) Pelliculationem Cato a pelliciendo dixit.

<*Properi*>em Cato saepe dicit, ut <antiqui arvorsarius, ar>vosus, loco <D>R dicebant .. (21 litt.).. (Cato inc. 34) properie mari opus est.

<*Praemiosam* pro pecuniosa Cato> in oratione [m] quam scrib <sit in Q. Thermum de X hominib>us (or. inc. 7) : Inpudentiam praemio<sam>.

(Paul.) Praemiosa pecuniosa.

<Pascuales oves <pastales in>scienter Cato dixit in ea <quam scripsit de musta agna (2) <ali pa>stalis ovis vetuit > **

PORTUNUS. Hincine Gloss. Philox. PO 90 Portunus : Παλαίμων, δάμων θαλάσσιος ? Cf. supra, s. v. Claudere et Clavis (48, 25 cuius rei tutelam penes Portunum ..., qui clavim manu tenere... et deus ... esse portarum).

POENAS PENDERE. Cf. supra, s. v. Pendere Poenas (229,5).

PULLARIAM MANUM. Cf. infra, s. v. Pullus Iovis (284,16 ... Antiqui autem puerum quem quis amabat pullum eius dicebant.

PERTUSUM DOLIUM. Vix ex Plaut. Pseud. 369 :

in pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.

POLLIT. An <Pollet pila bene ludit pil>a dixit ?

PETREIA. post Pastales (280,13) Paul. pompam] Cf. supra, s. v. Citeria (52,17) ; s. v. Manduci (115, 20). agri vitio] Cf. supra, s. v. Petrones (226,23 rustici fere dicuntur propter vetustatem et quod deterrima quaeque et praeurptissima agri petrae vocantur).

PELLICULATIONEM. An in Catone invenit ps. -Plac. verbum depelliculari (Depelliculari : decipere ; dictum a pelliciendo) ?

PROPERIEM. arvossus scripsi : boses cod. Cf. Vel. Long, 71, 21 (arvossus, arvorsarius). Papisios ..arboses S loco R Mue.

PASTALES, pastalis] vel pascalis. Cf. infra, s. v. Solox (387,9 Lucilius « pastali pecore

(Paul.) Pastales oves Cato posuit pro pascales.

** s appellat in ea ora<tion>e quae est de fundo olea<rio> : « Tarenti plus C ..(22 litt.).. uam ignaro (in agro ?) Tarentino .. (17 litt.).

<Peri>culatus sum Cato ait in ea oratione quam scripsit ad litis censorias (2).

(Paul.) Periculatus sum Cato est usus in dicendo.

Parsi, non peperci, ait Cato in eadem oratione (1) : Scio fortunas secundas negligentiam prendere solere ; quae uti prohibitum irem, quod in me esset, meo labori non parsi.

(Paul.) Parsi idem Cato dixit, non peperci.

Praedonulos Cato hypocoristicos dixit in epistularum (1) : Quia saepe utiles videntur praedonuli.

(Paul.) Praedonulos hypocoristicos, id est diminutives, idem Cato posuit pro praedonibus.

Prece singulariter idem in ea quae est de coniuratione.

(Paul.) Prece singulariter.

« Pulchralibus atque cupediis » idem in ea quae est de fundo oleario (1).

(Paul.) Pulchralibus pro pulchris.

Punctatoriolas (?) levis pugnas appellat Cato in ea quam dixit de re Histriae militari (1).

(Paul.) Punctatoriolas leves pugnas identidem ipse dixit.

Proaedificatum dicitur quod ex privato loco processit in publicum solum.

(Paul.) Proaedificatum dicitur quod ex privato loco processit in publicum solum.

Percunctatum patris familiae nomen ne quis servum mitteret lege sanctum fuisse ait Cato in ea qua legem Orciam [dis]suadet (2).

Prodidisse non solum in illis dicitur qui patriam hostibus prodiderunt, sed etiam tempus longius fecisse, ut Cato (orat. inc. 12) : Te, C. Caecili[i], diem prodidisse militibus legionis III, cum prodicionem non haberent.

(Paul.) Prodidisse tempus longius fecisse.

Pavimenta Poenica marmore Numidico constrata significat Cato cum ait in ea quam habuit ne quis consul bis fieret (1) : Dicere possum quibus villae atque aedes aedificatae atque expolitae maximo opere citro atque ebore atque pavimentis Poenic[i]lis <s>tent (sient ?).

(Paul.) Pavimenta Poenica, hoc est marmore Numidico strata.

« Prolato aere astitit » Ennius in Achille Aristarchi (16) cum ait, significat clipeo ante se protento.

(Paul.) Prolato aere apud Ennium significat scuto ante se protento.

Penitam offam Naevius (com. 122^a) appellat absemen carnis cum coda. Antiqui autem offam vocabant abscisum globi forma, ut manu glomeratam pultem.

Privatae feriae vocantur sacrorum propriorum, velut dies natales, operationis, denecales.

ac montano, hirtio atque soloce ») ; supra, s. v. Passales (249,4 et oves et gallinae appellantur quod passim pascuntur), ubi aut Pasta-aut Pasca- emendand. videtur.

PRECEM. Nescio an huc redeat Gloss. Ansil. (= Abol.) PR 6 Prex, a prece. Certe non Gloss. Corp. P 709 (Prex, precis : deprecatio ; ex Phoc. gramm. 412, 3).

CUPEDIIS, cupidus cod.

PRODIDISSE. Cf. infra, s. v. Proditio Diei (300, 34).

PENITAM. Cf. supra, s. v. Penem (260, 15 antiqui codam vocabant ; a qua antiquitate etiam nunc offa porcina cum cauda in cenis puris offa penita vocatur). De offa cf. Wissowa (Herm. 52, 337).

PRIVATAE FERIAE. Vide supra ad Ferae Statae (82,2). denec.] Cf. supra, s. v. (61, 23).

(Paul.) Privatae vocabantur feriae sacrorum propriorum, velut dies natales.

Pronubae adhibentur nuptis quae semel nupserunt, ut matrimoni[a] paupertatem (perpetuitatem ?) auspicantes.

(Paul.) *Pronubae* adhibentur nuptis quae semel nupserunt, causa auspicii ut singulare perseveret matrimonium.

Pudicitiae signum in foro Bovario est, ubi Aemiliana aedis est Herculis. Eam quidam Fortunae esse existimant. Item via Latina^a ad milliarium IIII Fortunae Muliebris nefas est attingi, nisi ab ea quae semel nupsit.

(Paul.) *Pudicitiae signum* Romae colebatur quod nefas erat attingi, nisi ab ea quae semel nupsisset.

Patrimi et matrimi pueri praetextati tres nubentem deducunt ; unus qui facem praeferret ex spina alba, quia noctu nubebant ; duo qui tenent nubentem.

(Paul.) *Patrimi et matrimi pueri tres* adhibebantur in nuptiis ; unus qui facem praeferret ex spina alba, quia noctu nubebant ; duo qui nubentem tenebant.

Pilentis et carpentis per Urbem vehi matronis concessum est quod, cum aurum non reperiretur ex voto quod Camillus vove-

rat Apollini Delphico, contulerunt. *Prima aut secunda hora dicantur sponsalibus* ominis causa ut optima ac secundissima eveniant.

(Paul.) *Prima aut secunda diei hora* causa ominis sponsalia tribuebant.

Praetextum (-xtatum ?) sermonem quidam putant dici quod praetextatis nefas sit obsceno verbo uti ; alii quod nubentibus depositis praetextis a multitudine puorum obscena clamentur.

(Paul.) *Praetextatis nefas erat obsceno verbo uti* ; ideoque praetextum appellabant sermonem qui nihil obscenitatis haberet.

Palatualis flamen constitutus est quod in tutela eius deae Palatium est.

(Paul.) *Palatualis flamen* ad sacrificandum ei deae constitutus erat in cuius tutela esse Palatium putabant.

Portenta existimarunt quidam gravia esse, ostenta bona ; alii portenta quaedam bona, ostenta quaedam tristia appellari. Portenta quae quid porro tendatur indicent ; ostenta quae tantummodo ostendant, *monstra* <quae> praecipiant quoque remedia.

Postularia (-atoria ?) *fulgura* quae votorum <a>ut sacrificiorum spectam religionem

PRONUBAE post Prima aut Secunda (282, 28) Paul. Cf. Serv. auct. Aen. 4, 166 : Varro pronubam dicit quae ante nupsit et quae uni tantum nupta est ; ideoque auspices deliguntur ad nuptias.

PATRIMI. Cf. supra, s. v. Matrimones ac Patrimones (113,5 dicuntur quibus matres et patres adhuc vivunt). facem] Cf. supra, s. v. Facem (77,21 in nuptiis in honorem Cereris praeferebant) ; Varr. Vit. Pop. Rom. II (ap. Non. 112, 23) : Cum a nova nupta ignis in face adferretur e foco eius sumtus, cum fax ex spinu alba esset et eam puer ingenuus anteferret.

PILENTIS. Cf. supra, s. v. Matronis Aurum Redditi (138,27).

PRIMA AUT SECUNDA. dicantur] ducant cod. : dicuntur Thewrewk.

PALATUALIS. Cf. infra, s. v. Septimontio (176,2 Palatio, cui sacrificium quod fit Palatuar dicitur). Et vide supra ad Curiales Flamines (56,7).

PORTENTA, OSTENTA, MONSTRA. Cf. supra, s. v. Monstrum (122,7) ; s. v. Monstra (146,32) ; infra, s. v. Portenta Rerum (284,30).

Haec et sequentia

coniunge cum eis quae s. v. Fulguritum (82,8) memoravi.

POSTULARIA. -latoria Caecinna ap. Senec. Nat. 2, 49,1. Vide supra, ad Adtestata Fulgura (11,10).

desiderant. *Pestifera* quae mortem aut exilium ostendunt. *Peremptalia* quae superiora fulgura, ut portenta, *peremunt*, id est tollunt.

Pullus Iovis dicebatur Q. Fabius, cui Eburno cognomen erat propter candorem, quod eius natis fulmine icta erat. Antiqui autem puerum quem quis amabat *pullum* eius dicebant.

(Paul.) Puer qui obscene ab aliquo amabatur eius a quo amatus esset *pullus* dicebatur. Unde Q. Fabius, cui Eburno cognomen erat propter candorem, quod eius natis fulmine icta esset, *pullus Iovis* appellatus est.

Peregrinus ager est qui neque Romanus neque hostilius (-ticus ?) habetur.

Publica sacra quae publico sumptu pro populo fiunt, quaeque pro montibus pagis curis sacellis ; at *privata* quae pro singulis hominibus familiis gentibus fiunt.

(Paul.) *Publica sacra* quae pro populo fiebant, *privata* quae pro singulis hominibus familiisque appellabant.

Peremne dicitur auspicari qui amnem aut

aquam, quae ex sacro oritur, auspicato transit.

Puls potissimum datur pullis in auspiciis quia ex ea necesse <est aliquid decidere quod *tripudium* faciat,> id est 'te<rri-puvium' ; *pavire* enim ferire est. Malum e>nem (-im) <augurium habetur si pulli, per quos auspicantur> non e<derint ; bonum si comederint, praesertim si offa iis> qui pavis<sent ab ore deciderit.>

(Paul.) *Puls* potissimum dabatur pullis in auspiciis quia ex ea necesse erat aliquid decidere quod *tripudium* faceret, id est *terripuvium*. *Pavire* enim ferire est. Bonum enim augurium esse putabant si pulli, per quos auspicabantur, comedissent, praesertim si eis edentibus aliquid ab ore decidisset. Sin autem omnino non edissent, arbitrabantur periculum imminere.

<*Prodit* non solum in aper>tum exi<t significat, sed etiam porro it>.

(Paul.) *Prodit* non solum in apertum exit significat, sed etiam porro it.

<*Porten>ta rer<um fieri dicuntur cum solida corpora quae raro> se oste<ndunt*

PESTIFERA. Cf. Caecinna ap. Senec. Nat. 2, 49, 1. *Pestifera fulgura*, quae mortem exiliumque portendunt.

PEREMPTALIA. Cf. supra, s. v. *Peremptalia Fulgura* (236, 19 Gracchus ait vocari quae superiora fulgura, ut portenta, *peremunt*, etc.).

PULLUS IOVIS. Cf. supra, s. v. *Pullarium Manum* (278, 25). Cf. ps. -Plac. *Pullum* : puerum in amoribus, id est rhetoris (rectioris ?) qui formae ; unde Q. Fabius Eburnus, quod natibus fulguratus erat, *pullus Iovis* dictus est. *Suspicio glossographorum* ad Plaut. Poen. 1293 (*pullum tuum*) doctrinam eandem et a ps. -Plac. et a Verrio esse adhibitam. Cave tamen inde colligas ps. -Plac. ex Verrio vel ex Festo hausisse.

PEREGRINUS AGER. Cf. Varr. L. L. 5, 33 : *Agrorum sunt genera quinque, Romanus, Gabinus, peregrinus, hosticus, incertus.. peregrinus ager pacatus qui extra Romanum et Gabinum, quod uno modo in his servantur auspicia.*

PUBLICA SACRA. curis ji. e. -riis.

Coniunge cum *Municipalia Sacra* (146, 9).

PEREMNE. Cf. infra, s. v. *Petronia Amnis* (296, 24 est in Tiberim perfluens quam magistratus auspicato transeunt cum in Campo quid agere volunt ; quod genus auspicii *peremne* vocatur).

PULS. post *Portenta Rerum Paul.*

TRIDUDIUM. Cf. infra, s. v. (498, 25).

PAVIRE. Cf. supra, s. v. *Obpuviat* (207, 13) ; infra, s. v. *Tripudium* (499, 27).

PORTENTA. ante *Puls Paul.* *solida* j Noli mutare ; nam in Verrii fonte haec glossa

apparent, ut cometae turbines barathra> tonitr<ua sereno caelo facta>.

(Paul.) Portenta rerum fieri dicuntur cum solida corpora raro se ostendunt, ut cometae turbines barathra sereno caelo facta tonitrua.

<Pedestria aus>picia a<ppellantur quae a volpe lupo serpente equo ce > terisque animalibus quadrupedibus dantur>.

(Paul.) Pedestria auspicia nominabant quae dabantur a vulpe lupo serpente equo ceterisque animalibus quadrupedibus.

<Propter>via app<ellantur auspicia>.. (21 litt.).. ostentu..(33 litt.).. infirm..(26 litt.).

<Piacula>ria app<ellantur auspicia>.. (20 litt.).. quendi co.. (15 litt.).. <cum aut hostia ab ara> fugit aut per<cussa mugitum dedit aut in aliam quam> oportuit par<tem corporis cecidit.>

(Paul.) Piacularia auspicia appellabant quae sacrificantibus tristitia portendebant, cum aut hostia ab ara effugisset aut percussa mugitum dedisset aut in aliam partem

corporis quam oporteret cecidisset.

<Pestifera auspicia> sunt cum cor in <extis non inveniuntur aut caput> in iocinere.

(Paul.) Pestifera auspicia esse dicebant cum cor in extis aut caput in iocinere non fuisset.

Pub<lica ? auspicia> ..(15 litt.).. quidam putant quia no.. (27 litt.).. re est avem auspican.. (17 litt.)..

<Praepetes> aves dicuntur quae se <ante auspicanter ferunt.> Nam antiqui praepetere <dicebant pro anteire>.

(Paul.) Praepetes aves dicuntur quae se ante auspicanter ferunt. Nam praepetere dicebant pro anteire.

Pecunia sacrificium f<ieri dicitur cum frugum fructumque causa mola pu<ra offertur in sacrifici>cio, quia omnis res fam<iliaris, quam nunc pecuniam> dicimus, ex his rebus con<stat>

(Paul.) Pecunia sacrificium fieri dicebatur cum fruges fructusque offerebantur, quia ex his rebus constat quam nunc pecuniam dicimus.

<Procuraciones sacra> appellantur quae

coniuncta est cum glossa Ostenta (cf. supra, in parte ii O-capituli) : Ostenta proprie appellantur quae se sine corporibus solidis hominibus ostendunt et oculis atque auribus obiciuntur, qualia quondam apparuerunt venatio in caelo arma Furiae nocte lux, interdiu tenebrae. Fortasse eodem referenda glossa Monstra (146,32 dicuntur naturae modum egredientia, ut serpens cum pedibus, avis cum quattuor alis, homo cum duobus capitibus, iecur cum distabuit in coquendo).

Ex Festo igitur conficta est ea differentia quam publici iuris fecit Hagen, Gramm. lat. suppl. 286,9.

PEDESTRIA AUSPICIA, sqq. Vide supra ad Caelestia Auguria (56,16).

PROPTERVIA. Vix cf. supra, s. v. Propter Viam Sacrificium (254,13).

PIACULARIA. Haec supplent docti : app<ellantur auspicia antiqua quadam lo>quendi con<suetudine in sacrificiis cum aut, etc.> An app<ellantur cum tristitia portenduntur delin>quenti ?

PUBLICA AUSPICIA : Pullarium docti. Cf. infra, s. v. Publici Augures (286,30). Cf., si libet, Varr. Rer. Hum XX (ap. Non. 92,9) : Eo die eis Tiberini redeundum est, quod de caelo auspicari ius nemini sit praeter magistratum.

PRAEPEOTES. Cf. supra, s. v. (224,6).

PECUNIA SACRIFICIUM FIERI vix mola po<maque offeruntur, etc.>

PROCURATIONES (?). Haec supplent docti : quae fulg<uritis locis, quo fulmina sunt con>iecta.

fulg.. **(34 litt.)**.. iecta depellendorum
m<alorum et procurandorum> bonorum
causa fiunt.

P-.. **(24 litt.)**.. vanda iudicant pri.. **(21 litt.)**..
<pros>per[a] eadministratis u.. **(22 litt.)**..
stabiliantur.

Parilia fe<sta> .. **(44 litt.)**.. cupa.. **(21 litt.)**..
<Polubrum pelluv>ium in <sacrificiis vas
quod nos pelvem **dicimus**>.

(Paul.- Polubrum pelluvium vas quod
nos pelvem vocamus.

Pu<blici augures differunt a reliquis>
auguribus.. **(37 litt.)**.. plu.. **(35 litt.)**..
egove.. **(35 litt.)**.. eris.. **(33 litt.)**.. itium
in.. **(34 litt.)**.. tiatae.. **(32 litt.)**.. Quiri-
nalis.. **(33 litt.)**.. extra Ur<bem>.. **(33
litt.)**.. ces faci.. **(33 litt.)**.. fecisti **

<Picum> ** ius ait ob.. **(24 litt.)** .. <fi-
lium> suum Faunum .. **(33 litt.)**.. vit et
ex.. **(31 litt.)**.. adfecit ut .. **(18 litt.)**..
<fugientem Ar>givos Aenean <hospitio
excepit> .. **(10 litt.)**.. civitatem iunxit
.. **(26 litt.)**.. <exi>stimant quam .. **(30
litt.)**.. n formulaeque est .. **(20 litt.)**..
istra, ut eius significa .. **(10 litt.)**..

<Patres appe>llantur ex quibus senatus
<primus compositus> ; nam initio Urbis>
conditae Romulus C <viros elegit
praestantissimo>s quorum consilio atque
<prudencia respublica ad>ministraretur ;

atque <ii patres dicti sunt> quia agro-
rum partes ad<tribuerant tenuioribus>
perinde ac liberis.

(Paul.) Patres senatores ideo appellati
sunt quia agrorum partes adtri-
buerant tenuioribus ac si liberis
propriis.

<Pondo libram dicebant quod> solebant
iam inde a Ro<ma condita aes appen-
dere, cum nondum> argenti signati ul-
<lus usus esset, quod antiquorum> pu-
blicae et privatae <rationes etiam nunc
doce>nt.

Publica pondera <ad legitimam normam
exacta fuisse> ex ea causa Iunius (11)
in.. **(27 litt.)**.. t quod duo Sili P. et M.
tribuni pl. rogarint his verbis : « Ex pon-
deribus publicis quibus hac tempestate
populus oetier [qui] solet uti coaequatur
(-etur ?) sedulum ; uti quadrantal vini
octoginta pondo siet, congius vini decem
pondo siet, sex sextari congius siet vini,
duo<de>quingenta sextari quadran-
tal siet vini, sextarius aequus aequo cum
librario siet, sexdecimque librae (-rari ?)
in modio sient. Si quis magistratus ad-
versus hac dolo malo pondera modiosque
vasaque publica modica minorae maiora-
re faxit iussitve [re]fieri dolumve adduit
quo ea fiant, eum quis volet magistratus

P- : Supple si libet : P<riora sacrificia itidem no>vanda iud. pri<vatis rebus negotiisque
pros>pere adm. u<t prosperae res in futurum> st.

PARILIA, Cf. supra, s. v. Pales (248, 17 dicebatur dea pastorum ; cuius festa Palilia di-
cebantur, vel, ut alii volunt, dicta Parilia quod pro partu pecoris eidem sacra fiebant) ; s. v.
Parilibus (272, 3 Urbem condidit Romulus, quem diem festum praecipue habebant iuniores).

PUBLICI AUGURES. Cf. supra, s. v. Auguraculum (17, 14 appellabant antiqui quam
nos arcem dicimus quia ibi augures publice auspicarentur) ; s. v. Publica Auspicia (286, 12) ;
infra, s. v. Quinque Genera Signorum (316, 18 observant augures publici etc.). Vix cf. Cic.
Nat. deor, 2, 11. Cf. infra ad Posimiriū (294, 10).

PICUM. formulaeque] vel formula quae. Cf. supra, s. v. Picum Avem (228, 33 dictum a
Pico rege Aboriginum, quod is solitus sit <per eum avem futura noscere>).

PATRES. primus] vel primum. Cf. infra, s. v. Senatores (454, 12 quosi nitio Romulus elegit
centum quorum consilio rempublicam administraret ; itaque etiam patres appellati sunt).

PONDO. Cf. supra, s. v. Pendere Poenas (229, 5).

PUBLICA PONDERA coaequatur] coeret praetor Huschke. sedulum] tuetur Hauler
(Wien. Stud. 40, 81) : se dolo malo Scal. cum libr.] conlibrato (cf. Cato R. R. 19, 2)
Momms. iuss.] iusseritve fieri Momms.

multare, dum minore patris (parti) familias taxat, liceto ; sive quis in (im) sacrum iudicare voluerit, liceto ».

Pecuum cum dixit, M. Cato, per casum genetivum a singulari casus recti formavit quo utebantur antiqui, id est pecu, ac (ut) testu tonitru genu veru ; quorum omnium genetivus pluraliter geminat U litteram. Nunc quia dicimus ut pectus, eam quae in usu est formam in declinationibus sequimur.

(Paul.) *Pecuum* dixit Cato genetivum pluralem ab eo quod est pecu.

Praeteriti senatores quondam in opprobrio non erant, quod, ut reges sibi legebant sublegebantque quos in consilio publico haberent, ita post exactos eos consules quoque et tribuni militum consulari potestate coniunctissimos sibi quosque patriciorum et deinde plebeiorum legebant, donec Ovinia tribunicia intervenit qua sanctum est ut censores ex omni ordine optimum quemque curiati <m> in senatu <m> legerent. Quo factum est ut qui praeteriti essent et loco moti haberentur ignominiosi.

« *Pro censu classis iuniorum* » Ser. Tullius cum dixit in discriptione centuriarum accipi debet ' in censu ', ut ait M. Varro in lib. VI Rerum Humanarum, sicuti pro aede Castoris pro tribunali pro testimonio.

« *Procum patricium* » in discriptione classium quam fecit Ser. Tullius significat procerum. I enim sunt principes. Nam (nunc ?) *proci* dicuntur qui poscunt ali-

quam in matrimonium, Graece *μνηστῆρες*. Est enim *procare* poscere, ut cum dicitur in iudice conlocando « sialium procas nive eum procas », hoc est poscis ; unde etiam meretrices *procaces*.

(Paul.) *Procare* poscere est, unde et proci et meretrices *procaces* et verbum *procas*, id est poscis.

Praerogativae centuriae dicuntur, ut docet Varro Rerum Humanarum lib. VI quae (quo) rus <tici> Romani qui ignorarent petitores facilius eos animadvertere possent. Verrius probabilius iudicat esse ut, cum essent designati a praerogativis, in sermonem res veniret populi de dignis indignisque et fierent caeteri diligentiores ad suffragia de his ferenda.

Peculium servorum <a> pecore item dictum est ut ex (et) *pecunia* patrum familiae.

(Paul.) *Peculium servorum* a pecore dictum, sicut et *pecunia nobilium*.

Puelli per deminutionem a pueris dicti sunt. Itaque et Ennius ait (Ann. 221) :

Poeni soliti suos sacrificare puellios, et Lucilius (173) :

cumque hic tam formosus homo (tibi) ac te dignus puellus,

et Plautus (fr. 92) :

holim (dolet) huic puello sese venum ducier.

(Paul.). *Puelli* pueri per deminutionem. Ennius « Poeni soliti suos sacrificare puellios ».

Praeclamitatores (-clam- ?) dicuntur qui

PECUUM. ac [ut Anspach.

PRO CENSU. Cf. supra, s. v. Pro (256,1).

PROCUM PATRICIUM (gen. plur.): Nimirum ex Varr. Rer. Hum. VI haec sumpta sunt, et fortasse (cf. Reitzenstein, Verr. Forsch. 28) ea quae Servius ad Aen. 1, 740 (proceres) profert.

PROCARE. Cf. supra, s. v. (251,11 poscere ; unde procaces meretrices ab assidue poscendo et proci uxorem poscentes in matrimonium).

PECULIUM. Cf. supra, s. v. Abgregare (21,20 est a grege ducere.. cum apud antiquos opes et patrimonium ex his praecipue constiterint, ut adhuc etiam pecunias et peculia dicimus). Scholio (ex Festo sumpto ?) ad Verg. Ecl. 1, 32 usus est, ni fallor, Isid. Etym. 5, 25,5 ; 16, 18, 4.

PUELLI. Hinc Gloss. Philox. PU 21 Puellus : *παῖς ἀρχαίως*.

PRAECLAMITATORES. Cf. supra, s. v. Praecia (250,15) et quae ibi disputavi.

flaminibus Diali Quirinali Martiali antecedent<es> exclamant feriis publicis ut homines abstineant se opere, quia his opus facientem videre religiosum est.

(Paul.) Praeciamitatores dicebantur qui flamini Diali, id est sacerdoti Iovis, antecedeabant clamantes ut homines se ab opere abstinerent, quia his opus facientem videre inreligiosum erat.

Pedum est quidem baculum incurvum quo pastores utuntur ad comprehendendas oves aut capras a pedibus; cuius meminit etiam Vergilius in Bucolicis cum ait (5,88) at tu sume pedum.

Sed in eo versu qui est in Iphigenia Enni (181):

procede gradum proferre pedum nitere cessas,
id ipsum baculum significari cum ait Verrius mirari satis non possum, cum sit ordo talis et per eum significatio aperta: gradum proferre pedum cessas nitere.

(Paul.) Pedum pastorale baculum incurvum, dictum quia illo oves a pedibus comprehenduntur.

Pone gravi sono antiqui utebantur pro loci significatione, sed praecientes vocabulis a **

(Paul.) Pone gravi sono ponitur pro loci significatione.

***** <Pure lautum aqua pura> la<vatum>.. (32 litt.).. ite ..(36 litt.).. inqui.. (14 litt.)..

(Paul.) Pure lautum aqua pura lavatum.

<Pura vestimenta ad sacri>ficiu<m sacerdot<es> habere solent, id est non ob>s<t>ita <non fulgurita non funesta non maculata> ex ho.. (34 litt.).. vocan.. (33 litt.).. tiato **

(Paul.) Pura vestimenta sacerdotes ad sacrificium habebant, id est non obsita non fulgurita non funesta non maculam habentia.

<Procalato> ** procitato, <id est provocato>.

(Paul.) Procalato provocato.

<Praefericulum vas> aeneum sa<cris faciendis aptum, sine ansa patens summum ve>lut pelvis, <quo ad sacrificia utebantur in sacra>rio Opis Co<n<sisivae>.

(Paul.) Praefericulum vas aeneum sine ansa patens summum velut pelvis, quo ad sacrificia utebantur.

<Patellae vasula parva picata> item 'sacris fa<ciendis apta>.. (15 litt.).. velut capidul<ae> **

(Paul.) Patellae vasula parva picata sacrificiis faciendis apta.

<Pantices> frus(?) ventris.

(Paul.) Pantices frus ventris.

Per<emit> adimit tollit> ..(10 litt.).. <ap> pellat; a quo etiam <peremptus> interfectus occi>sus.

(Paul.) Perimit adimit tollit; unde et peremptus interfectus.

PEDUM. Cf. supra, s. v. (230,80 baculi genus incurvum, ut Vergilius in Bucolicis cum ait: at tu sume pedum, quod me cum saepe rogaret).

Ad scholia in Verg. l. c. redire videntur glossae tres Ansil. (PE 134-136).

PONE. Si huc revocanda est gl. Abol. PO 24 (Poneforanum: post forum), supple: a<uto, ut poneforanum post forum>, etc. Sequitur lacuna plus quam 100 litterarum.

PURE LAUTUM. vel in qui<bus>.

PURA VESTIMENTA. obstita]. cf. supra, s. v. Obstitum (208, 26 Cloatius et Aelius Stilo esse aiunt violatum attactumque de caelo).

PROCALATO. vix pro citato. Cf. supra, s. v. Procitant (251,22 provocitant; citare enim vocitare est, etc.); s. v. Procalare (251,25 provocare).

PEREMIT. Hincine (an ex Verg. ?) Gloss. Abol. PE 60-60a. Peremit: occidit, interficit, Peremptus: interfectus; Gloss. Philox. PE 138 Peremit: ἀναίρεσις?

Procincta class<is dicebatur exercitus ad> proelium instructus et par<atus, quem Diali flamini vi>dere non licet ; anti-<qui enim hominum *classem*> dixerunt, ut nunc quoque <classis navium coe>tus est. Procincta autem <toga Romani olim> ad pugnam ire solit<i sunt ; unde et testamen>ta in procinctu fieri m<ilitum solent>.

(Paul.) Procinctam classem, id est paratam ad bellum militum multitudinem, Diali flamini videre non licuit.

<Posimi>rium (postm-) ? esse ait Antistius <in *Commentario Iuris Ponti*>ficalis (7) pomerium, id est l<ocum quem pontifex transit auspi>cato. Olim quidem omn<em Urbem comprehendebat praeter Aven>tinum, nunc etiam intra aed<ificia finitur. Dictum autem pomerium> quasi 'pro-moerium'. Solet au<tem iis solis dari> rus (ius) pomeri proferendi.. (133 litt.).. item.. (37 litt.).. nu .. (36 litt.).. sed.. (35 litt.).. ciat ..(37 litt.).. ad ..(37 litt.).. ne ..(36 litt.).. moe.. (35 litt.).. omus .. (35 litt.).. in se .. (34 litt.).. si tac<t>

..(31 litt.).. <p>ontifi ..(33 litt.).. agrum-que.. (32 litt.) .. a consti ..(31 litt.).. re-tur tum.. (31 litt.).. e solitos.. (29 litt.) .. minus maiusve.. (25 litt.).. onibus effer[e]atis.. (26 litt.).. veluti post moe.. (25 litt.).. atro muris urbis **

(Paul.) Posimrium pontificale pome-rium ubi pontifices auspicabantur. Dictum autem pomerium quasi 'pro-murium', id est proximum muro.

<Promptuarium> ** iter suo videri ait po ..(24 litt.).. de cuius aere tute ..(15 litt.).. <prompt>um triticeum in commen<ta-rio>.. (18 litt.).. Quidam prolatum signifi<care aiunt idem quod> promptum; sed proprium ait .. (17 litt.).. <quod in fu>-turum factum sit, cui ..(23 litt.).. re, cum praesertim aliud ..(19 litt.).. παντο<πω>-λειον appelletur ..(23 litt.).. mo.

Potitus servitu<te ille solus appellandus> qui, ut ait Labeo (31), servitu <tem bo-nam accepit, ut om>nes proxime Graeci no<stram. Similiter quoqu>e dicebatur ab antiquis <potitus hostium>.

<Penus v>ocatur locus intimus in aede

PROCINCTA CLASSIS. hom.] vel militum. Cf. supra, s. v. Classis Procincta (49,10 exercitus instructus) ; s. v. Procincta Classis (251,19 dicebatur cum exercitus cinctus erat Gabino cinctu confestim pugnaturus ; vetustius enim fuit multitudinem hominum quam navium classem appellari) ; s. v. Endo Procinctu (67,15 in procinctu ; significat autem, etc... nam apud antiquos togis incincti pugnitasse dicuntur).

POSIMIRIUM. locum.. auspiciato *Wagener*. proferendi] <qui populum Romanum agro de hostibus capto auxerant> *Gell.* 13,14,3 Hincine Gloss. Abol. PO 23 Pomerium : regio determinata certis signis, PR 46 Promurium : spatium quod circa muros ? Cf. Varr. L. L. 5, 143 ; Oppida condebant in Latio Etrusco ritu multi, id est iunctis bobus — tauro et vacca — interiore aratro circumagebant sulcum — hoc faciebant religionis causa die auspiciato — ut fossa et muro essent muniti ; terram unde exculpserant fossam vocabant et introrsum iactam murum ; post ea qui fiebat orbis urbis principium, qui quod erat post murum " post-moerium " dictum ; eo usque auspicia urbana finiuntur, etc. ; *Gell.* 13, 14.

PROMPTUARIUM. Hincine Gloss. Ansil. (=Abol.) PR 2429 (cf. Gloss. Corp. P 804) Promptuarium : ubi sunt omnia venalia ? Ex eodem fonte atque Gloss. Ansil. PR 2427 (Promptuaria cella) hausisse videtur Isid. Etym. 15,5, 6-7 : Promptuarium dictum eo quod inde necessaria victui promuntur, hoc est proferuntur ; .. inter promptuarium autem et cellarium hoc interest quod cellarium est paucorum dierum, promptuarium vero temporis longi est.

PENUS, segetibus saepius *cod.*

Vestae tegetibus saeptus qui certis diebus circa Vestalia aperitur. I dies religiosi habentur.

(Paul.) Penus vocabatur locus in aede Vestae intimus.

Planta oliaginea (-lea- ?) est virga foliata ex olea deplantat.

Pomonal est in agro Solonio via Ostiensi ad duodecimum lapidem deverticulo a miliario octavo.

Pubes e<s>t qui pubem (puer) generare <iam> potest. Is incipit esse a quattuordecim annis; femina a duodecim *viri potens*, sive patiens ut quidam putant.

(Paul.) Pubes puer qui iam generare potest. Is incipit esse ab annis quattuordecim; femina viripotens a duodecim.

Prandicula antiqui dicebant quae nunc ientacula.

(Paul.) Prandicula ientacula.

Prodiguae hostiae vocantur, ut ait Veranius (8), quae consumuntur; unde homines quoque luxuriosi *prodigi*.

(Paul.) Prodiguae hostiae vocantur quae consumuntur; unde homines quoque luxuriosi prodigi.

Petronia amnis est in Tiberim perfluens quam magistratus auspicato transeunt cum in Campo quid agere volunt; quod

genus auspici *peremne* vocatur. *Amnem* autem feminine antiqui enuntiabant.

(Paul.) Petronia nomen amnis in Tiberim defluentis.

Penetrale sacrificium dicitur quod interiore parte sacrarii conficitur. Unde et *penetralia* cuiusque dicuntur; et *penes* nos, quod in potestate nostra est.

(Paul.) Penetrale sacrificium dicebatur quod interiore parte sacrarii conficiebatur. Unde et penetralia cuiusque dicuntur; et penes nos, quod in potestate nostra est.

« *Puri probi profani sui auri* » dicitur in manumissione sacrorum causa. Ex quibus puri significat quod in usu sporeo non fuerit, probi quod recte excoctum purgatumque sit, profani quod sacrum non sit et quod omni religione solutum sit, sui quod alienum non sit.

(Paul.) Puri probi profani sui auri dicebatur in manumissione sacrorum causa. Ex quibus puri significat quod in usu sporeo non fuerit, probi quod recte excoctum purgatumque fuerit, profani quod sacrum non fuerit, sui quod alienum non fuerit.

Pacionem antiqui dicebant quam nunc pactionem dicimus; unde et pacisce (-ci)

PUBES. Pubes et puber qui ge. *Scal.* Cf. supra, s. v. Pubes (240, 25 adulescens, etc.); s. v. Pueri Impuberes (270, 32). Cf. *Isid. Et.* 11, 2, 13: Puberem esse qui quattuordecim annos expleverit .. et generare iam possit.

VIRIPOTENS. Hincine Gloss. *Philox.* VI 89 Viripotens: ἑπαχμος, ἐπανδρος?

PRANDICULA. Vide infra ad Seensas (456, 12). Cf. infra, s. v. Silatum (472, 6 antiqui pro eo quod nunc ientaculum dicimus appellabant quia iaiuni vinum sili conditum ante meridiem obsorbabant).

PRODIGUAE. Cf. supra s. v. Prodegeris (254, 19 consumpseris, perdideris... et prodigus, etc.)

PETRONIA. Cf. supra, s. v. Cati Fons (39, 27 ex quo aqua Petronia in Tiberim fluit).

PEREMNE. Cf. supra, s. v. (284, 22 dicitur auspicari qui amnem aut aquam quae ex sacro oritur auspicato transit).

AMNEM. Cf. supra, s. v. Corius (53, 4 pari modo diverso genere dicebant.. haec amnis); infra, s. v. Spicum (446, 11 masculine antiqui dicebant, ut hunc stirpem et hanc amnem). Etiam s. v. Philologam (278, 15).

PROFANI. Cf. supra, s. v. Profanum (256, 4 quod non est sacrum).

PACIONEM, pacto] viz paco. (cf. *Quint.* 1, 6, 10).

adhuc et paco (pacto ?) in usu remanet.
(Paul.) Pacionem antiqui dicebant
quam nunc dicimus pactionem;
unde et pacisci adhuc et paco
in usu remansere.

Praesen <*tanea* (?)> *porca* dicitur, ut ait
Veranius (7), quae familiae purgandae
causa Cereri immolatur quod pars quae-
dam eius sacrifici fit in conspectu mor-
tui eius cuius funus instituitur.

« *Pateram perplovare* » in sacris cum dici-
tur significat pertusam esse.

(Paul.) « *Pateram perplovare* » cum
dicerent significabant pertusam
esse.

Pastillum est in sacris libi genus rotundi.

(Paul.) *Pastillum* in sacris libi genus
rotundi.

Puilia sara esse ad portum qui sit secun-
dum Tiberim ait Fabius Pictor (Jur.
Pont. 9), quem locum putat Labeo (10)
dici ubi fuerit Ficana via Ostiensi ad
lapidem undecimum.

Paveri frumenta dicebant antiqui quae de
vagina non bene exibant.

Paludati in libris auguralibus significat,
ut ait Veranius (3), armati ornati; omnia
enim militaria ornamenta *paludamenta*
dici.

(Paul.) *Paludati armati ornati*. Omnia
enim militaria ornamenta *palu-*
damenta dicebant.

Purimensorio esse dicuntur qui sacrorum
causa toto mense in *caerimoniis* sunt, id
est puri sint certis rebus carendo.

Prox (?) bona vox, vel ut quidam proba,
significare videtur, ut ait Labeo de Iure
Pontificio lib. XI (3).

(Paul.) *Prox* bona vox, ut aestimo
quasi proba vox.

‘ *Penatis* ’ singulariter Labeo Antistius (15)
posse dici putat quia pluraliter *Penates*
dicantur, cum patiatur <pro>portio
etiam ‘ *Penas* ’ dici ut optimas primas
Antias.

(Paul.) *Penates* alii volunt ut habeat
nominativum singularem *penas*,
alii *penatis*.

Proculiunt (?) promittunt ait significare
Antistius de Iure Ponticali lib. IX (1).

(Paul.) *Proculiunt* promittunt.

Popularia sacra sunt, ut ait Labeo (16).
quae omnes cives faciunt nec certis fami-
liis adtributa sunt : *Fornacalia*, *Parilia*,
Laralia, *porca praecidania* (-nea).

Polluceae (?) *merces* <quas pollucere> li-
ceat. Sunt far polenta vinum panis fer-
mentatus ficus passa suilla bubula agni-

PRAESENTANEA. *Presan* (spatio relicto) *cod.* Cf. supra, s. v. *Praecidanea* (250,12 *porca*
quae Cereri mactabatur ab eo qui mortuo iusta non fecisset, id est glebam non obiecisset).
Alia igitur res.

PASTILLUM. Cf. supra, s. v. *Pastillus* (249,3 forma parvi panis ; utique deminutivum
est a *pane*).

PUILIA SAXA. *Ficana*] Cf. Liv. 1, 33, 2.

PALUDATI. Cf. infra, s. v. *Salias Virgines* (439, 18). Cf. Varr. L. L. 7, 37 : « *Paluda vi-*
rigo ». (Enn Ann, 521). ..*Paluda* a *paludamentis* ; haec insignia atque ornamenta mili-
taria : ideo ad bellum cum exit imperator ac lictores mutarunt vestem et signa incinuerunt,
paludatus dicitur proficisci ; quae propter quod conspiciuntur qui ea habent ac fiunt palam
paludamenta dicta. Quae etymologia Varroniana cum ab Isidoro (Etym. 19, 24,9) ite-
rata sit, vide ne etiam Festina fuerit. De Ennii versu alibi (s. v. *Tartarino* 494,7) disputat
Festus.

CAERIMONIIS. Cf. supra, ad *Caerimoniarum* (38,19), ubi hoc etymon, scil. *carere*, a
Paulo praetermittitur, sed fortasse non a Festo.

PENATIS. *portio*] *tuetur Plasberg* (Rhein. Mus. 53,77).

POPULARIA SACRA. Cf. supra, s. v. *Publica Sacra* (284, 18).

POLLUCEAE. *Scripti* : -cere *cod.* <quas cuivis deo> *Mue.* Cf. infra, in parte ii huius

na casei ovilla alica sesama et oleum, pisces quibus est squama praeter squatum; Herculi autem omnia esculenta posculenta.

Profestum facere est tamquam profanum facere, id est quod eo die qui dies feriarum non est facere; vel ut quidam dixerunt, pro eo facere velut feriae non sint; aut id facere quod feris fieri non liceat. Itaque *diem profestum* diem sine feriis esse.

(Paul.) *Profestum* diem dicebant qui festus non erat.

Profanum est quod fani religione non teneatur.

(Paul.) *Profanum* dicitur quod fani religione non tenetur.

Procubitores dicuntur † feri vetites † qui noctu custodiae causa ante castra excubant cum castra hostium in propinquo sunt, ut M. Cato in eo quem de Re Militari (5) scripsit.

(Paul.) *Procubitores* dicuntur qui noctu custodiae causa ante castra excubant cum castra hostium in propinquo sunt.

Properam pro celeri ac strenua dixisse antiquos testimonio est Cato cum ait in libro de Re Militari (12): Tertia e castris educatio celeris properaque est.

(Paul.) *Properam* celerem strenuamque significat.

Prop..sta dolia ait dici Labeo (17) qui ..(36 litt.).. reio ..(35 litt.).. ter cum ..(33 litt.).. detur **

<Priveras mulieres> priva<tas> **

(Paul.) *Priveras mulieres* privatas.

<Praecidere> ** <dici>tur qui pro ..(22 litt.)..

(Paul.) *Praeterecidere* antecidere, id est ante immolare.

<Pube prae>sent<i est populo praesente, συνεδοχιῶς> ab h<is qui puberes sunt omnem populum signifi>cant<e>.

(Paul.) *Pube praesente* est populo praesente, συνεδοχιῶς ab his qui puberes sint omnem populum significans.

<?> ** qua .. (36 litt.).. suscip ..(33 litt.).. dem ra.. (34 litt.).. decim.. (34 litt.).. coner.. (34 litt.).. ager ca.. (33 litt.).. eadem.. (34 litt.).. tera loca.. (31 litt.).. fulgura sa **

<Pecunia lucaris> quae erogatur.. (26 litt.).. <lu>cari<s> [e]dicta q<uod> ..(25 litt.).. in eodem libro .. (17 litt.).. <sicut supra ?> dixi, existimat.

<Pipulum (?)> sicut ait Mes>salla in expla-

capituli, s. v. Polluctare. squama] Cf. Cass. Femina ap. Plin. N. H. 32, 20: Numa constituit ut pisces qui squamosi non essent ni polluerent. || squatum] scarum docti.

DIEM PROFESTUM. Cf. supra, s. v. Profesti Dies (256,22).

PROFANUM. Cf. supra, s. v. (256,4).

PROCUBITORES. fere velites docti.

PROPERAM. Cf. supra, s. v. Properus (254,7 antiquos dixisse pro celer testimonio est qualitatibus adverbium quod est propere).

PROPOSTA. An Prosita? Cf. supra, s. v. Prosita (252, 10 proposita).

PRIVERAS. post Pube Praesenti Paul.

PRAECIDERE post Properam Paul. Cf. supra, s. v. Praecidanea Porca (242,11 quod ante novam frugem caeditur, etc.).

PUBE PRAESENTI. Cf. supra, s. v. Pubes (240,25).

PECUNIA LUCARIS. Cf. supra, s. v. Lucaris Pecunia (106,8 quae in luco erat data); s. v. Lucar (106, 12 appellatur aes quod ex lucis captatur).

PIPULUM. Cf. supra, s. v. Pipatio (235,11 clamor plorantis acerba voce lingua Oscorum); infra, s. v. Vagulatio (514, 6 in XII significat quaestio cum convicio: « Cui testimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum obvagulaturnito »). || dici exist. <cuius opinionis est et Valerius Mes>salla in explana<tione auguriorum> (11) Schoell.

na<tione XII Tab., est clamor acerbus vel>ploratus.

Promel<lere litem (?) est **ex opinione Ver>**ri lituum (-tem ?) pro<mo>vere.

(Paul.) Promellere litem promovere.

<*Purime tetinero* significat pu>rissime tenuer<o>.. (25 litt.).. publicos est ut..

(26 litt.).. et iure augurum.. (10 litt.)..

(Paul.) Purime tetinero purissime tennero.

<*Proditio diei* est> proditio (-duc-); nam quod prodi<t olim, producit in prae>sens valet.

Patr<onus ?> .. (22 litt.).. sit manifestum quia.. (22 litt.).. numerari inter do.. (24 litt.)..

Pristina velut 'pri<u>st<ina>' .. (15 litt.).. <alia> eius modi dictitat<a> **

(Paul.) Pristina velut 'prinistina' dictum est.

<?> ** ies ..(35 litt.).. ante.. (34 litt.).. adrum ..(34 litt.).. liqui **

<*Praesagitio dicta* est> quod <praesagire

est acute sentire ; unde et *sagae* anus d>ictae <quae multa sciunt, et *sagaces* canes qui ferarum cubilia> prae<sentiant>.

(Paul.) Praesagitio dicta quod praesagire est acute sentire ; unde *sagae* dictae anus quae multa sciunt, et *sagaces* canes qui ferarum cubilia praesentiant.

<SEXTI POMPEI FESTI LIBER> X<VI. LIBER XVII INCIPIT FELI>CITER.

II. EX GLOSSARIIS ET SCHOLIIS

(Gloss. Philox. PA 41) *Pale[t]a* : σφενδόνη δακτυλίου, ὥς ὁ ὕψις ἐν τῷ...

(Gloss. Abol. PA 10-10a) *Pansae* : vel (?) qui pedibus in diversa tendentibus ambulat, Pansis : extensis, expansis.

(Gloss. Philox. PA 163) *Patibulum* : σταῦρος ἀρχαίως.

PROMELLERE. lituum] tuetur Reitzenstein (Verrianische Forschungen 50).

PURIME TETINERO. Cf. infra, s. v. Tetini (503, 22 pro tenui). Haec supplent docti : <*Peregrinus Ager* secundum augures> publicos <est ager pacatus extra Roman. et Gabin. qui usu> et iu. aug. <a peregrino discernitur>.

PRODITIO. Cf. supra, s. v. Prodidisse (282,1 tempus longius fecisse, ut Cato « Te, C. Caecili, diem prodidisse militibus legionis III, cum proditionem non haberent »). Coniungo cum Condictio (58,3).

PATRONUS. Haec supplent docti : Patr.<a patre cur ab antiquis dictum> sit man., quia <ut liberi, sic etiam clientes> num. int. do<mus familiam quodammodo possunt> vel do<mesticos qu. poss.>.

PRISTINA. Cf. supra, s. v. Pristinum (253,5 ab eo venit quod est prius ; pari modo et prior).

An 'priust<ina>', quae prius stabant. Alia> eius modi dictitat<a> sunt privignus, qui prius est genitus quam mater secundo nuberet> ... ? Cf. supra, s. v. Privignus (252,24 dictus quod ante quam mater secundo nuberet est progenitus ; "pri" enim antiqui pro praedixerunt).

PRAESAGITIO. Cf. supra, s. v. Praesagire (250, 9 est praedivinare praesipere ; sagax enim est acutus et sollers).

PALEA. De forma (non "pala") cf. Mountford (Quotations in Glossaries, p.51), qui ad scholium (Donati) in Verg. Geo. 3, 53 refert duas gl. Anstl. PA 149 et 193 (adde Isid. Etym. 11, 1, 94).

PANSAE. Panseū qui codd.

PATIBULUM. Cf. Non. 866, 12 : Patibulum est crux, etc.

- (Gloss. Philox. PE 3) *Pecusius* (?) : ποιμήν ἀρχαίως.
- ? (Gloss. Abol. PE 3) *Perstromata* : gemina (tegmina ?) stibadii.
- ? (Gloss. Abol. PE 5) *Pervicax* : constans, perseverans.
- (Schol. Isid). *Perusiam* condidit Auliseos (-lestes) qui Romulo adversus Sabinos auxilium tulit.
- (Gloss. Philox. PE 322, cum Cyrill.) *Pessumdat* : βυθίζει, καταποντίζει. Terentius (Andr. 208) : Me aut erum pessum dabunt.
- ? (Gloss. Philox. PE 2) *Petiolus* (?) : ποδάριον καὶ πόδιον τῶν γραμμῶν, καὶ πάσης ὑπώρας τὸ ξυλῶδες καθ' ὃ ἐξήρηται τοῦ κλάδου.
- (Gloss. Abol. PL 7) *Plemina* : cum in manibus vel pedibus callosi sulci sunt.
- (Gloss. Abol. PL 8) *Plumbum in oculis* : macula coloris plumbei.
- ? (Gloss. Abol. PO 22) *Pollucibiliter* : profuse.
- ? (Gloss. Abol. PO 27) *Polluctare* : consecrare.
- ? (Gloss. Philox. PO 108-109) *Postilena* : ἱμάς ὃ ἐκ τοῦ ἐπιππίου ἢ σάγματος ὑπὸ τὴν οὐρὰν εἰρόμενος, ὀπίσθια, ὀπισθένη.
- (Gloss. Philox. PO 134) *Poteaculum* (?) : βαλάνιον τὸ τῶν παιδίων κο<π>ροπ<ο>τόν.
- (Gloss. Philox. PR 126 ; 400) *Praesultor* : ὃ ἐν τοῖς ἱεροῖς προορχούμενος.
- ? (Gloss. Abol. PR 49) *Proritat* : provocat, inritat.
- (Schol. Fest.) *Purpurilla* dicitur locus in castris extra vallum in quo scorta prostant ; nam apud veteres matronae stola, libertinae toga, prostitutae purpurea veste utebantur.
- (Gloss. Abol. PU 11) *Purpurilla* : locus extra portam ubi scorta prostant ; dictum est autem vocabulum quod matronae stola, prostitutae purpurea veste uterentur.
- ? (Gloss. Amplon. II) *Purpurissum* : pulvis qui facit purpureum colorem. (Gloss. Philox. PU 80) *Purpurissum* : φῦκος.

PECUSIUS. Pecuosus **Philox.** : Pecusius **Abav.**

PERTROMATA. -rst- (non -rist-) **codd.**

PERUSIAM. Aulestes] Cf. Serv. auct. Aen., 10, 198. Cf. supra, s. v. Ameria (19,23).

PESSUMDAT. Cf. Laistner (Gloss. Lat. II, p. 125).

PETIOLUS Pacciolus **cod.** Cf. Non. 160, 16 : Petiolus a pede diminutive.

PLEMINA. Cf. supra ad Flemina (79,14). Hucine redit gl. mira AA Pleminebantur : replebantur ?

PLUMBUM. Cf. Plin. N. H. 25, 155. Pertinetne haec gl. ad locum eum qui supra est, Gramiae (85, 26 oculorum sunt vitia, quas alii glamas vocant) ?

POLLUCTARE. Cf. supra, s. v. Polluceae Merces (298,26).

POSTILENA. Cf. Plaut. Cas. 125 :

ut postilena possit ex te fieri.

POTEACULUM. Cf. Heraeus (Arch. lat. Lex. 13. 168).

PRAESULTOR. et Prosaltor **cod.**

PURPURILLA. Cf. infra, in parte ii T- capituli, Turturilla (ita dictus locus in quo corruptelae fiebant quod ibi turturi opera daretur, id est peni). Cf. Heraeus (Arch. lat. Lex. 12, 266).

PURPURISSUM. -ssimum **cod. Philox., codd. Ab Abs.** (sed -ssum **codd. Gloss. Serv. Gramm.**). Cf. Plaut. Most. 261 (ubi mire sed, ni fallor, fortuito etiam **codd. Plauti** -ssimum exhibent).